


PALAESTRA

LATINA



ANN. XXIX (Fasc. III) — N. 167
M. A. SEPTEMBRI MCMLIX

PALAESTRA LATINA

Trimestres litterarum latinarum commentarii **BARCINONE** edendi

Commentariorum pretium: in Hispania et America, 50 ptarum.

in reliquis civitatibus, 2 \$

Pretium PALAESTRAE ADULESCENTIUM: in Hispania, 15 ptarum.; extra Hispaniam, 20 ptarum.

Pretium mittatur oportet ad ADMINISTRATOREM: Lauria, 5, Apartado 1042 - BARCELONA
vel ad PROCURATORES singularum nationum

Scripta ad Moderatorem: Conde, 2 - BARBASTRO (Huesca)

Depósito Legal L - 12 1958

Editur Ordinarii et Superiorum permissu

INDEX

ANN. XXIX (Fasc. III) N. 167

M. SEPTEMBRI A. MCMLIX

J. IJSEWIJN - JACOBS, <i>Carmina Eberleiana</i>	129
J. C. SCHOENBERGER, <i>Tertium atque ultimum de usu linguae latinae</i>	135
N. MANGEOT, <i>Quid Plato de animae post mortem sorte senserit</i>	137
AE. ORTH, <i>Lucretiana 1959</i>	139
J. M. ^o MIR, <i>Nova et Vetera: De tabaco II</i>	144
M. MOLINA, <i>Nisus et Euryalus</i>	149
J. ARAMENDIA, <i>Nuntia varia accipite, pueri</i>	154
A. GUERCIO, <i>Sacra aera personant</i>	155
A. J. LOPEZ, <i>Admonitio</i>	156
N. MANGEOT, <i>Coemeterium</i>	157
R. AVALLONE, <i>Ex stellis tu descendis</i>	158
IJSEWIJN - MIR, <i>Epistularum inter socios commercium</i>	159
J. SIDERA, <i>Per Orbem</i>	161
J. SIDERA, <i>Collectanea</i>	164
BIBLIOGRAPHIA, González, Philoponus, Marqués, Molina, Sidera.	167
PALAESTRA ADULESCENTIUM	
Culina Romana	177
AVENARIUS, <i>Vera et formidolosa res</i>	178
J. ANDRES, <i>De morte S. Tharsicii — Deambulatio</i>	180
L. Junius Tarquinius	182
Miscentes utile dulci.	184
ZUASTI - ITURRIA, <i>Iter ad mare. — Messis</i>	185
JOVER, <i>Era et imperator. — Abacus veneficus</i>	186
P. PIAZZA, <i>Mariolus, laude donatus. — Solutiones</i>	187
LATINE CANAMUS: <i>In turri per auras</i>	188

PALAESTR A LATINA

LITTERARUM LATINARUM COMMENTARII

ANN. XXIX (FASC. III) – N. 167

M. OCTOBRI

A. MCMLIX

CARMINA EBERLEIANA

Hisce diebus haud saepe contingit ut apud Germanos novus carminum latinorum libellus in lucem edatur. Nihilominus tamen hujus populi poëtae latini velut Hermannus Weller Elvacensis¹ inter optimos, qui hoc saeculo floruerunt, vates adnumerandi sunt.

Valde itaque gaudemus quod paucis mensibus ante Tubingae «LAUDES – Carmina latina» a Josepho Eberle exarata foras data sunt². Quae nova carmina latinitatis cultoribus proponere juvat.

Josephus Eberle germanus e Sueborum regione natus est Rottenburgi ad Nicrum flumen³, die octavo mensis Septembris anni 1901. Nunc vero Stutgardiae habitat, quae in urbe *Stuttgarter Zeitung* maxima Germaniae Superioris acta diurna edenda curat. Sebastiano Blau pseudonymo usus jampridem permulta carmina tam Suebica quam communi lingua germanica composita edidit, imprimis lyrica. Libros praeterea complures lectoribus delectandis conscripsit, quibus magnam sibi famam adeptus est. A quo tamen Hitleriani eum scribere cum vetuissent, totum se litteris Romanis dedit! Quas etiam nunc non tantum in actis suis diurnis ita defendere pergit ut ante duos annos titulo Doctoris honoris causa ornatus sit in Universitate Tubingana, sed etiam duobus libris illustravit. Quorum primus inscribitur *Interview mit Cicero*, alter de carminibus eroticis Ovidii brevi prodibit apud librariam Turicensem «Artemis».

His autem libris «Laudes» accedunt. Vehementer itaque auctori gratulandum esse censemus quod non solum de scriptoribus antiquis tractare sibi proposuit, verum etiam exempla secutus popularium suorum Hermanni Wel-

1. HERMANNUS WELLER (1878-1956), dum vivit, litteras Indicas docuit in Universitate Tubingana. Undecies Hoeufftianum, semel Loecense praemium aureum latinis carminibus reportavit. «Carmina Latina» Tubingae edita sunt ab H. Laupp anno 1938 iterumque anno 1946.

2. Apud Rainer Wunderlich Verlag; Hermann Leins; Tübingen. 1959; pp. 79. Libellus nitidissima chartae spissae veste contextus venit 6.80 marci German.

3. Gratias agimus Doctori Valtero Sontheimer, summo studiorum moderatori Stutgardiano, qui nos multis de rebus certiores fecit.

ler Augustique Stegmeier⁴, latinos condere versus ausus est «ut pro sua parte radices nostri cultus curare et alere conaretur». Li enim scriptores, qui sua scripta latina publici juris faciunt, haud inutilius operam collocare videntur quam viri docti qui de rebus in opusculis Antiquorum obviis cotidie disserunt.

Latine vero cum scriberet, Josephus Eberle eam sibi formam potissimum elegit, quae a poëtis Mediae Aetatis summa cum facultate in latinitatem inducta, postea apud scriptores cum latinis tum vernaculos laetissimis ornata est floribus. Quod versuum genus metro solutum homoeoteleutis que praeditum, etsi nonnullis fortasse latinitatis cultoribus minus placebit, eodem tamen jure quo alterum illud metricum, si quidem poëtae ad suos exprimendos sensus aptius esse videatur, latine adhiberi potest. Ideoque paulum mirati sumus generis defensionem auctor cur instituerit. Qui, postquam antiquorum exempla utpote nobis inimitabilia reliquit, ad sua comprobanda carmina, longum poëtarum mediaevalium agmen adduxit. Idem igitur ei persuasum est quod Joanni Alexandro Gaertner, fervido poëseos rhythmicae propugnatori Americano. Is enim scriptis in commentariis «Classical Journal»⁵ divulgatis non semel contendit latinitatem nonnisi facili simplici que forma reviviscere posse.

Illi, etsi non omni ex parte consentimus, quemcumque tamen animi motum gravibus contentissimisque carminibus metricis reddi non posse concedimus. Ceterum ipse quoque Victorius Genovesi⁶, eximius clarissimusque poëta latinus fassus est de poëmatii suis:

«Sed mea num vere possunt haec carmina dici?
Num penitus sensus quos volvi pectore produunt?
invenior mendax? Nam quid sibi.
verba volunt, longo prius exquisita labore?».

Quae cum ita sint, cuncta poëseos genera esse probanda censemus. Jus enim et norma poëtandi non apud grammaticos verum in solo vatis corde ingenioque nascatur oportet, idque unum esse debet quod quae forma usitanda sit decernat⁷.

4. AUGUSTUS STEGMEIER (1863-1941) parochus pagi Suebici Drackenstein, IV carminum latinorum libellos edidit, qui inscribuntur: «Via Sacra»: carminum series (Heldenheim, 1931-1935). Alia poëmatia impressa sunt in ephemeride *Societatis Latinae Monacensis* annorum 1938; 1940; 1942. Cf. etiam *Societas Lat.* 10 (1942) p. 29.

5. «Lingua latina, lingua gentium», *Class. Journ.*, 50 (1954), pp. 331-33; 51 (1955), pp. 132-34. Edidit etiam carminum fasciculum: «Vox Humana» inscriptum (Lunenburg, Vermont USA, 1954).

6. V. G., S. J., hymnorum scriptor apud Sacrum Consilium Romanum religionis ritibus praepositum necnon iudex Certaminis Capitolini, plurima edidit poëmata, q. 1. «Hirpini Carmina» (Romae, 1942); «Mare nostrum», cet. (Romae, 1942); «Poëmatia» (Insulae Liris, 1946). «Musa Latina» (Romae, 1951); «Lyra sacra» (Romae, 1952).

7. Poësin ametrion saeculis XIX et XX poëtae germani et anglicani admodum excoluerunt Cf. A. PERNWERTH VON BAERNSTEIN, *Imitata.* (Norimbergae. 1896); *Societas Latina*, passim;

At redeamus tandem ad «Laudes». Quas ut omnes latinitatis amantes perlegant valde optamus. Eberle enim noster, jamdiu in arte poëtica versatus, non ut scriptoribus neolatinis saepius accidit, scholastico quodam modo antiquorum exempla post innumeros alios iterum quam proxime imitatur, at sua ipsius voce humilia quaedam poëmatia condidit «eo contentus si modum gaudii terrestris paululum augere potest».

Quae carmina, etsi nonnumquam forma narrativa vel descriptiva induuntur, intus tamen ad unum omnia lyrici sunt generis.

Attamen, dum quaedam ipsius vitae tempora resve sibi caras commoto animo poëta revolvit, lepide philosophatur vel scitissime nugatur de vanitate. Alio autem loco praeterita gaudia in mentem revocat vel tactus antiquitatis desiderio Faunos Nymphasque in suis hortis revixisse somniat. Quae omnia poëta facetiosus acriculo lepiduloque quodam sale ita conspersit ut ridendumne sit an gravi vultu de sententia meditandum dubius haereas. Numquam praeterea poëta ad homines vituperandos criminandosve tristis censoriaque persona induitur; hilaris vero memorque summi poëtarum muneris laudat semper et praedicat, sicut Deo, in Judicio Supremo quidnam quo caelum lucretur fecerit roganti, modeste respondit:

Nil omnino feci grande,	Hunc laudavi tota vita,
.	ego forsit agens ita
nam gavisus sum splendore	creaturis auxili Vestris
vestri mundi vatium more.	modum gaudii terrestris.

Talis igitur poëta revera dignus est, cujus vocem audiamus.

Primum quod excerpere volumus carmen speciem praebet narrativam. Fabella vero antiqua cum quadam quasi moralitate juncta animum tamen poëtae legentibus aperit.

PYGMALION

Antiquam nosti fabulam
sollerti de sculptore
fingente bellam statuam,
qua captus est amore.

Impendit artis omnia
quae manus eius scivit
et saxo dedit optima
quae sensit et cupivit.

Formositas imaginis
iucunditate iuncta
idolum fuit iuvenis
optata vincens cuncta

Amore talis operis
peribat auctor ita
ut cor moveret Veneris:
dabatur saxo vita.

Quis, cuius pectus pueri
sagitta umquam strinxit,
non sui desiderii
figuram ita finxit?

Ex nobis manat species
illius, quam amamus
Natura nil est nisi res,
quam animo formamus.

Propria clarius ut pateat nostri poëtae indoles, ejusdem fabellae versionem adducere juvat, quam scripsit olim Richardus Crashaw, poëta anglicus (1612-1649):

Paenitet artis
 Pigmaliona suae.
 Quod felix opus esset,
 infelix erat artifex.
 Sensit vulnera, nec vidit ictum.
 Quis credit? gelido veniunt de marmore flammae.
 Marmor ingratum nimis
 incendit auctorem suum.
 Concepit hic vanos furores
 Opus suum miratur atque adorat.
 Prius creavit, ecce nunc colit manus,
 Tentantes digitos molliter applicat;
 Decipit molles caro dura tactus.
 An virgo vera est, an sit eburnea;
 Reddat an oscula quae dabantur
 Nescit. Sed dubitat, sed metuit, munere supplicat
 Blanditiasque miscet.
 Te, miser, poenas dare vult; hos Venus, hos triumphos
 Capita a te, quod amorem fugis omnem.
 Cur fugis heu vivos? mortua te necat puella.
 Non erit innocua haec, quamvis tua fingas manu,
 Ipsa heu nocens erit nimis, cuius imago nocet.

Ultimam vero carminis Josephi Eberle stropham comparemus cum illis Joannis Pascoli⁸ versiculis e Catullo calvo saturata.

Namque femina non id est, quod ipsa est,
 sed quod esse cupis, quod esse reris
 tute eam; tibi non amatur ipsa,
 sed tuae mera mentis umbra quaedam.

Transeamus nunc ad carmen ab auctore Archipoëtae decessori illustri suo dedicatum. Cujus viri memoriam dum recolit, fugacitatem saeculorum ita mente volvit:

«Quisnam possit temporis fluvium morari
 demergentem omnia in saeculorum mari?».

Felices tamen nos, quia non semper cunctis rebus spoliatur! Nam:

L. BRADNER, *Musae Anglicanae*, (Novi Eboraci, 1940). Cf. etiam carmina HENRICI HANSEN: *Lauda Sion Salvatorem!* (Francofurti a. M. 1914).

8. JOANNES PASCOLI, Italus (1855-1912), inter clarissimos poëtas neolatinos merito numeratur. Carminum nova editio Mediolani prodit anno 1954.

«Domini consilium est interdum mite,
nobis ut in litore restent res petitae:
illic nomen aliquod, hic fragmentum vitae,
versuum vel lineae quaedam exquisitae».

Quae sententiae cum loci communes sint haud raro apud poëtas obvii, alios duos locos similes ex scriptoribus neolatinis memorare volumus. En tibi quae cantavit Joannes Bergman Suecus⁹:

«Sic pede veloci volvuntur Temporis undae
tempore ab aeterno tempus in omne fluunt.
At se vinciri patiuntur compede nulla,
haud mora, non requies, instabilesque ruunt.
Nec nobis stabilem varians dare ripa quietem
possit, et inviti protinus auferimur,
protinus ignotos celeris rapit unda per agros,
donec in aeternum volvimur Oceano.

Brevius autem Camillus Morelli Italus¹⁰:

« Quid homo? Vivit gracilis flos
In summo scopulo qui pendet turbinis obses.
Quid mors, quid vita! exiguo quam limite distant
illas aeternum dum flumen devehit aevi!

Josephus autem Eberle non tantum Archipoëtae versiculos imitatus esse videtur, verum etiam vitam ejus goliardicam. Itaque Lutetiae dum peregrinatur, cuncta vitae gaudia degustasse ludibundus confitetur:

Vitae iucundissimos
ibi carpsi flores,
nusquam elegantius
tum vigeant mores,
mens et lingua libera,
sales et lepores
laeta sapientia,
artes et amores.

Omnia haec gaudia
degustabam ibi
omniaque genera
potus atque cibi.

Solam ob modestiam
hic non potest scribi,
quoties ex poculo
Veneris tum bibi.

Versus scripsi plurimos
in Parnasso Monte,
hoc poësis uberi
et coffeae fonte;
sed nocturna carmina
dedi mea sponte
prima luce piscibus
Sequanae de ponte.

9. JOANNES BERGMAN († ca. 1920?) anno 1898 Upsalae *Carmina Latina* edidit. Locum excerpti e carmine «Flumen», p. 7.

10. CAMILLUS MORELLI (1885-1916) scripsit: «Pascua Montium; Inquilinus Urbis; Pueri ludentes» (carmina annis 1911, 1914 et 1915 in *Cert.* Hoeufft. laudata); «Quinque sorores» (*Atene e Roma*, 21 (1918), pp. 79-84; ex hoc carmine locum excerpti).

In rotunda Panthei
steti vultu gravi
et in Montis Martyris
molis exsultavi,

Campis in Elyseis
domnis annictavi,
apud Nostram Dominam
animam salvavi.

Post sententias illas graviore^s festiv^{as}que hasce nugulas, omitti tandem non possunt descriptiunculae naturales perpaucis saepe versiculis compositae firmaque vi «plastica» delineatae, velut Eidyllion hoc Doctori Valtero Sontheimer misso:

«Frondes opacant sambuci floresque
Statuam Fauni venustam aenam,
bracchia iamiam tollentis pedesque
velut tibicinis ad cantilenam.

Volat in digitum eius fringilla,
acuit rostrum et dat cantionem.
Satyrus audiens discit ab illa
modos — et incipit saltationem».

Vel etiam pictura quietis apud monasterium Augiae Divitis in lacu Brigantino:

«Undis confunditur caelum...
Candidum oscillat velum
pinna ceu papilionis.
Procul est turbidus dies,
nil interruptitur quietes

nisi horarii sonis.
Ultimus calor aestatis
radiat ex dealbatis
muris sacrat^{is} Pirmino...».

Multa etiam addere possumus, sed ne longi fiamus veremur. Restat igitur ut pauca de sermone Josephi Eberle dicamus. Copiosus satis est et vividus; simplex praeterea et nudus ut raro in versiculo obscuriore vel ampullato offendas.

Uno tantum loco auctor rhetoricae cuidam vocabulorum pompae nimis indulgisse videtur ubi longam animalium seriem sua cujusque voce Sanctum Franciscum laudantium enumeravit. Eundem fere gregem ad satietatem descriptum invenies e. g. in carmine de Dei provida Mente Josephi Fonts Hispani, poetae in ceteris haud mediocris¹¹. At haec, cum cetera niteant, levis est minus laudanda ubertas. Speramus itaque auctorem nostrum post primum tentamen incepto nondum destitutum esse.

Scriptum Antverpiae, anno 1959.

J. IJSEWIJN - JACOBS

11. JOSEPHUS FONTS, sacerdos et professor Seminarii Vicensis apud Catalaunos, carmina christiana pulcherrima cecinit. Opera ejus haec sunt: «Nova Lyra» (1910); «Episcopalia» (1916); «Henricus» (1918); «Ad sepulcrum Episcopi Torras» (1925); «Tentamina Hexametria» (1927); «Odorum liber» (1928?). Quae omnia nobis nota fecit Rev. Ds. J. M. Mir.

Tertium atque ultimum de usu linguae latinae^(*)

Joannes Augustus Ernesti (1707-1781), professor universitatis Lipsiensis, in prooemio ejus libri, quem inscripsit «Initia solidioris¹ doctrinae» cum alia tum haec scripsit de usu linguae latinae: «Non ignoro saepe esse multumque de vi sermonis Latini disputatum, cum quidam viderentur nimis eam extenuare, alii autem ita extollere, ut patriam linguam deprimerent omnesque eos paene barbaros iudicarent, qui non essent Latine doctissimi aut patriae etiam linguae aliquid studii tribuendum putarent. Quorum quidem neutrum est mirum. Nam cum omnino facile sit contemnere quod non habeas, tum vero hoc etiam est humani ingenii vitium, quod sua tantum quisque magni facit et extollit, cetera omnia putat esse levia et vilia. Sed quam iniqui sint, qui ita agunt, facile intellegi potest. Latinae et patriae linguae sua est virtus, sed suo utriusque loco. Patria lingua quin sit ad vitam communem utilior commoditatesque afferat quacumque alia maiores, nemo potest dubitare. Addo etiam hoc: si quis velit omnibus suis civibus prodesse, ut ad omnes rei publicae ordines ex scriptis suis aliqua utilitas redundet, ei necessario esse sermonem patrium adhibendum, nisi forte quis etiam Graecis Romanisque vitio dare vult, quod suo potius sermone quam peregrino sint in hoc genere librorum usi. Sed etiam Latinae linguae summam esse utilitatem neminemque ejus cognitione carere posse, qui verae eruditionis studiosus sit, id vero neminem serio negare aut dubitare arbitrator. Praeterea in ejusmodi libris hanc esse adhibendam linguam, qui exteris etiam nationibus scribuntur vel prodesse iis certe possunt aut quorum argumentum eiusmodi est, ut a nemine legantur neque legi possint, nisi qui ex numero eruditorum sunt, facile omnes concedent². Neque tamen hoc eo valet, ut necessitatem

(*) Cf. PALAESTRAE LATINAE fasc. 160: 2^o (1957) 204-206, et fasc. 164; 28 (1958) 456 sq.

1. Melius dixisset «accuratae». Etiam in iis, quae excerpimus, hic illic nonnulla correctimus. Ernestius enim, etsi latine doctissimus erat, tamen multis officiis districtus et permulta scribens non semper satis emendate scribebat, velut «de pretio» linguae latinae, pro «de vi».

2. Ernestius addit plerumque non satis reputari, quibus causis factum sit, cur quaedam linguae latius paterent quam aliae et patriae fines migrarent. Libri Romanorum quidem et Francogallorum [et Anglorum] numquam tantum valuissent, nisi armorum vis ad librorum praestantiam accessisset. Graeci vero et in omnes orbis partes colonias deduxerunt et praeterea omnes paene artes et invenerant et perfecerant, ut omnis eruditio ab eis petenda videretur.

cuiquam afferat, praesertim si quis non eam Latine scribendi facultatem sit assecutus, ut probabilis scriptor esse possit. Est enim consentaneum eo quemque sermone in libris scribendis uti, in quo maxime valet. Neminem autem fore tam ineptum Latinae linguae admiratorem putem, quin malit librum patrio sermone, sed recte et eleganter scriptum legere quam qui Latine quidem scriptus sit, sed barbare. Atque etiam libri hujus generis saepe plus auctorum famae nocent quam prosunt. Christiani quidem Thomastii³ (1655-1728) libri, qui patrio sunt sermone scripti, quod quandam vernaculam elegantiam habent, constat inter omnes, quam cupide sint a nostratibus lecti, Latini autem, qui Germanicorum suavitatem non assequuntur, sed parum pure sunt barbareque scripti, neque apud Germanos neque apud externos magnam laudem habuerunt, nunc autem mortuo auctore etiam apud nos obsoleverunt.

J. C. SCHÖNBERGER

Dilinga ad Danubium sita, mense Junio anni MCMLIX.

3. Thomastus, professor universitatis Hallensis (Halla, —ae. f. =Halle), secundus fuit a Paracelso, qui Germanice scholas habere auderet. Magnam meruit laudem, quod palam contra strigarum, quae vocantur, persecutiones cruciatusque scripsit.

Quid Plato de animae post mortem sorte senserit

Mortuum esse in eo consistit, quod corpus ab anima separatum solum remanet, anima vicissim a corpore separata sola existit¹. Mors igitur nihil aliud est nisi exemptio animae et liberatio a corpore². Coniunctio animae cum corpore ad tempus solum est. — Animae post mortem statum ita exponit Plato: Quemadmodum in corpore vitae anteactae vestigia observantur, et utrum homo corpus laute curaverit an duris laboribus exercuerit, apparet, ita omnia in anima manifestantur, quali natura fuerit et quascumque occupationes obierit³. Animae ad iudices deferuntur et nulla exactae vitae generis vel dignitatis ratione habita recensentur. Vident interdum iudices animam regis quolibet bono carentem, quasi flagellatum, perjuriorum, iniustitiarum cicatricibus obductam; omnia sunt in ea mendaciis prava et obliqua, nihil rectum, cum sine «vero» adoleverit⁴.

Animae sceleste vivendo deformes factae in custodiam dantur, ut aut ipsae meliores reddantur aut aliae animae earum exemplo commotae evadant meliores⁵. Quae poenis a iudicibus impositis meliores fiunt, eae sunt, quae peccata sanabilia perpetrarunt et doloribus in Tartaro toleratis liberari possunt⁶. Eae vero, quae scelere maximo commiso insanabiles sunt factae, e tormentis inferis nullum capiunt emolumentum⁷. Sed ad quid prosunt? Propositae sunt documentis et exemplis iis animis, quae iniustae in Tartarum descendunt⁸. Jam animae, quae corpori nimium indulserunt eique vixerunt, tamquam spectra et simulacra circa monumenta et sepulcra vagantur⁹.

Status vero, quem anima, dum in corpore vivebat, sibi acquisivit, ei post mortem adhaeret et impedit, quominus ad vitam divinam ascendat. In hoc statu transitorio consistit illa «peregrinatio seu migratio» animarum, quae in tota gentilitate vigeat et viget. Animae non penitus iustae sub diversis formis et simulacris vagantur, quoad aut bonum aut malum omnino amplectantur. «Ad genus deorum» pervenire ei soli contingit, quae sapientiae multum vacavit et hoc studio purgata e vita cesserit¹⁰. Naturae enim lege fit, ut vita voluptatibus enutrita animam depravet et in corpus detrahat, cum contra vita sapientia enutrita eam excolat et perpoliat et ad divinum elevet.

1. *Phaed.*, 64 c. — 2. *loc. mem.*, 67. — 3. *Gorg.*, 524 c. — 4. *l. mem.*, 524 d, 525 a. — 5. *l. mem.*, 525 b. — 6. *l. mem.* — 7. *l. mem.* — 8. *Phaed.*, 80 d, e. — 9. *l. mem.*, 81 c. — 10. *Phaed.*, 82 c.

Collocata est igitur anima inter beatitudinem et perniciem; utri sese committat, meliori an peiori, summi momenti in tempus perpetuum est.

Sed mirum admodum ex iis, quae Plato de «animae eschatologia» sentit, est hoc: Licet animis, quae ad expianda peccata sanabilia Tartaro detinentur, veniam et indulgentiam ab iis impetrare, in quos peccaverant. Quam cum primum sunt consecutae, a poena liberantur. «Postquam annum in Tartaro degerunt, ad lacum Acherusium veniunt ibique eos, in quos peccaverunt, advocant iisque persuadent, ut egredi concedant. Quod si effecerunt, a poenis liberantur. Si minus, in Tartarum praecipitantur, quoad facultas fiat persuadendi iis, in quos peccaverunt¹¹.

Videamus denique «viri audacissimi» mythum, quem auctor rei publicae libro addit. Vir ille bello ceciderat et post decem dies inter mortuos jam putrefactos vivus inventus est. Rogo impositus subito revixit et, quae viderat, enarrat. Vidi binas terrae et caeli fauces et inter eas iudex iudicium fecit. Justos caelum petere iussit, injustos sub terram in Tartarum misit. Ibi quaecumque injuste fecerunt, decemplex expiabunt et mille annos manebunt. Tum sortitionis erit tempus. Fiet autem prope columnam lucidam, quae se recte ad perpendicularum tollit et terram caelumque illuminat. Ad extremae columnae partem «rota fati» est alligata, qua omnes circumactiones fiunt. Hic tres fati (*anankes*) filiae resident: Lachesis, Clotho, Atropos et una cum Sirenibus concinunt. Lachesis praeterita, Clotho praesentia, Atropos futura. Admonet Lachesis animas, ut sibi sortem eligant et suum cuique daemonem dat custodem et adiutorem sortis electae. — Putabant enim Graeci daemones esse inter deos et homines. «In culpa est, quicumque elegit, Deus vero culpa caret (*republ.* x, 617 c.). Anima ubi sortitae sunt et a Lachese daemones benevolos acceperunt, primum ad Clothonem, quae sortem stabiliret, accesserunt, deinde ad Atropum, quae inevitabilem redderet. Tum ad pratum secesserunt et e fluvio «Lethen» biberunt. Media vero nocte tonitru e somno excitatae aliae alio «astris natalibus» obviam properarunt, quae eas in novam vitam deducerent. «Qui mythus vigeat nec peribat et nos, si credamus, servabit et laeti flumen Lethen transibimus nec animam inquinabimus, sed, animam immortalem et aptam ad sustinendas res prosperas et adversas rati, in via quae sursum fert, perseverabimus et illa omnia omni modo perficiemus. Postquam, diis et nobis, amici, praemia ista reportavimus, victores laureati undique mercedem colligemus, et hic in terra et in ea mille annorum migratione «bene valeamus».

Admiremur Platonem, qui revelationis expertus, solo rationis lumine praeditus ipsam post mortem vitam studuit indagare et illustrare. Una nixus philosophia et mythologia «filum lucidum» traditionis divinae invenit et suis opinionibus intexit.

N. MANGEOT, S. J.

11. *l. mem.*, 114 a, b.

LUCRETIANA 1959

LIBER 1: 1, 67 in fine scribendum est «*obsistere coram*», quod hoc loco Epicurus adversarius hominum religiosorum inducitur, et in versu 1, 66 idem philosophus deorum non amicus occurrit; necessarium quidem videtur «*coram*» 1, 67 scribere, quia de praesentia et adspectu hominum agitur, id quod etiam ex vs. 1, 109 stabilitur: «*religionibus atque minis obsistere vatum*»; etenim «*vates*» quoque homines tantum, non autem dei sunt; unde manifeste cognoscitur illud «*coram*» 1, 67 ad homines referendum esse.

1, 158 «*perspiciemus, ut unde...*

1, 159 et quo...

codices exhibent recte «*ut*», quae est particula explicativa = «*exempli causa*» (= *zum Beispiel*) = velut; Lucretius enim non latinitatem Ciceronis symmetricam («*et – et*») adhibuit; Catullus poeta «*ut*» pro «*ubi*» (= graece *iva* = *ubi*) posuit.

1, 660 ita scribendum est: «*exempto rebus inanei*», non «*inani*»; nam optimi codices exhibent «*inane*», quod ablativum indicat et cum «*exempto*» conecitur; itaque «*inanei*» forma prisca ablativi ponenda est; littera «*i*» enim per haplographiam post «*e*» omissa est.

1, 662 «*raptis*» codices falso scripserunt pro recta forma «*partis*»; litterae *R* et *P* certo a scribis confundebantur, postquam injuria *R* versiculus scribi coeptus est; poeta exponit corpus ab se partis (= partes, *acc. plur.*) nil (= nihil = nullo modo) mittere posse; «*nil*» est maxima negatio ad verbum «*possit*» referenda; non vero de eo agitur, quod raptim corpus partes ab se abicit; neque celeritas neque rapiditas partes amittendi hoc loco poscitur. Maximo errore olim Pontanus «*raptim*» proposuit, quod omnes acceperunt editores Lucretii; litterarum autem similiter scriptarum mutatio (*R* et *P*) saepissime in codicibus observatur; «*partis*» igitur hoc in versu 1, 662 verum judicandum est.

1, 716-733: inducitur Empedocles philosophus Acragantinus (Siculus) praesocraticus et summis laudibus effertur; cuius opera etiam Lucretius lectitavit; nam poeta romanus litterarum quoque graecarum peritissimus fuit; illo enim tempore rei publicae romanae cadentis Empedocles a multis juvenibus, qui Romae artibus liberalibus studebant, ita aestimabatur, ut Sallustius, qui postea libro «*historiarum*» gloriam assequebatur et de Catilina ac de Jugurtha egregie narrabat, carmen «*Empedoclea*» versibus hexametris composuerit, quibus tota fere doctrina philosophi graeci latine et ineleganter reddebatur.

De Sallustii (86-35) carmine «*Empedoclea*» Cicero in epistula ad Quin-

tum fratrem, 2, 9, 3 (mense februario 54) ita iudicat: «...virum te putabo, si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo». Haec «Empedoclea» erant translatio latina operum Empedoclis philosophi graeci (484-424 a. Ch. n.). Illa «Empedoclea» autem non memorantur a I. T. Muckle: «*Greek works translated directly into Latin before 1350*», *Mediaeval Studies* IV (Toronto, Canada 1942) 33-42.

Ut Cicero «Aratea» (id est graeca «phaenomena» Arati) hexametris latinis summa qua potuit facultate et diligentia reddidit, eodem modo Sallustius opera omnia Empedoclis latine forma hexametrica ad verbum transtulit et certo multa graeca propter sermonis latini egestatem, ut ait etiam Lucretius, ratione rudissima interpretatus est; eo enim tempore Romae amor litterarum praesocraticarum et mysteriorum Pythagoreorum florescebat. Sallustius igitur non tale opus «de rerum natura» quale Lucretius condidit; Lucretius enim ex multis praesocraticorum locis *et ex Epicuri doctrina opus* philosophicum poëtica concinnavit; Sallustius autem tantum unius Empedoclis cuncta carmina nihil mutando neque circumscribendo latine reddidit; unde comparatio, quam Cicero inter Lucretii et Sallustii scripta obiter instituit, propter eorum fines dissimiles fieri non poterat; et ideo Ciceronis iudicium de Sallustio tam inconsideratum invidia et odio politico emanavisse aestimandum est.

Lucretius autem maxime Democritum et Epicurum secutus a Cicerone valde praedicatur ob virtutes versuum; idem poëta etiam scripta *Hermarchi* cognovit, qui primus Epicuri discipulus et successor fuit et hoc opus composuit Ἐπιστολικά περὶ Ἐμπεδοκλέους εἴκοσι καὶ δύο, ut elucet ex eo libro, quem H. Usener «*Epicurea*» inscripsit (Lipsiae 1887) pag. 369, 8; ex Lucretii versibus 1, 716-733 partim ad Hermarchi expositiones de Empedocle concludi potest.

1, 732 scribendum est: «*percara* reperta»; nam cogitata Empedoclis tam cara et pretiosa lectoribus videbantur, ut ille philosophus propter palmares sententiarum virtutes paene in ordine caelestium numerari posset; non igitur ex gloria sententiarum sed praecipuo earum pondere Empedocles quasi divinus habebatur; unde elucet illius sapientis vatisque placita non tam praeclara quam *percara* fuisse; scriba codicis vocem Lucretii «*percara*» (1, 732) falso in «*praeclara*» mutavit respiciens illum 1, 729 versiculum, ubi recte «*praeclarius*» ponendum erat, quod in 1, 732 non iterum adhiberi debebat; facile enim breviationes palaeographicae «*per*» et «*prae*» inter se confunduntur; restat igitur ut «*percara* reperta» 1, 732 scribatur.

1, 777 «*cum terra simul et calidum cum rore manere*».

Codices scripserunt: «*et quodam*» quod nihil valet; ex istis litteris «*quodam*» id restitui potest, quod hic postulatur: «*calidum*», qua voce idem atque «*calor*» significatur.

1, 852 «*Leti sub dentibus ipsis*»; hoc loco mors ut persona describitur dentibus ornata; propterea littera majuscula «*Leti*» adhibenda est et «*Letus*», non «*Letum*» nominativus poni debet.

1, 884 «cum lapidi in lapidem terimus»: praepositio «in» in hoc versu post «lapidi» posita est pro hac forma «in lapidi» ex metri necessitate; cfr. FRIEDRICH NEUE: *Formenlehre der lateinischen Sprache II* (Berlin 1892) 944.945.

1, 971 «invalidis utrum contortum viribus ire»... ita codicum lectio «invalidis» retinenda est; vox «invalidus» hic idem significat ac «validus»; formatur ut «evalidus» a verbo «evalesco», ita «invalidus» a verbo «invalesco»; syllaba «in» respondet praefixae syllabae ἐν ad vim verbi augendam.

Liber 2 2. 1-4 «suave mari... cernere suave est» fragmentum quoddam Democriti videtur esse, ut equidem reor, qui fr. 191 (DIELS KRANZ II, Berlin 1952) pg. 185, 5 scripsit μακαρίζειν ἑωυτὸν ἐνθυμούμενον ἅ πάσχουσιν quae verba ad Lucretii versus accedunt: «suave» μακαρίζειν ἑωυτὸν «spectare» et «cernere» ἐνθυμούμενον; «alterius... laborem» ἅ πάσχουσιν; cf. praeterea Archippi epigramma (apud Stobaeum, Florilegium edidit Thomas Gaisford (Oxonii 1822) vol. II pg. 427)

ὥς ἡδὺ τὴν θάλατταν ὀπὸ τῆς γῆς ὄραν
ὦ μῆτὲρ ἔστι, μὴ πλέοντα μηδαμῶ.

2, 52 nec carum vestis splendorem...

Vestis purpurea cara est et splendida; has duas qualitates poëta ita comprehendit: «carum splendorem»; nam splendor ipse semper clarus est.

2, 137 «ipsaque tum porro paulo majora lacessunt», addidi ad metrum supplendum «tum»; cf. 2, 672 «tum porro»; hoc loco (2, 137) «tum» significat tempus; «porro» potius ad verbum «lacessunt» trahendum videtur esse viae indicandae gratia.

2, 210 sol etiam mundi de vertice...

Codices omiserunt genitivum dependentem ab ablativo «vertice»; splendendum est «mundi»; nam Lucretius adhibet 2, 328 «sidera mundi», cujus in vertice sol collocatus est.

2, 521 hinc flammis illinc rigidis incessa pruinis.

«Incessa» scribatur oportet; «incendi» est passivum verbi «aggređi»; «Incessa» significat «attaqué».

2, 670 quae sunt poro distantia longe.

«Porus» est vox graeca «poros» qua «durtitia» (= callum) indicatur; etenim «ossa, cruor, venae, calor, umor, viscera, nervi» inter se durtitia differunt.

2, 918 animalia cum sint

atque animalibus ut mortalibus una eademque;

verbis codicum post «animalibus» adjungendum est «ut» quod per haplographiam (– bus ut) excidit; illa sententia incipiens «atque animalibus...» (918) idem praedicatum «sint» (917) habet.

2, 1049 «et latere ex utroque super supterque per omne»...; «super» per haplographiam ante «supterque» omissum est.

2, 1032 sic hominum omnigenam prolem...

Proles hominum omnigena est, id est: cujusvis generis; haec vox «omnigenam» in textu ponenda est, quia «geminam prolem» sensu caret.

Liber, 3. — 3, 321 (vestigia...) «parvula quae nequeat ratio depellere nodis»...

Pro codicum scriptione falsa «noctis (noctes)» ponendum est «nodis»; nam «nodi» stant per figuram συνακδοχῆς, ubi pars pro toto dicitur; nodi sunt partes conciliorum, id est: rerum compositarum quae miscentur ut συκρίσεις = mixtiones evadant; pro his rebus mixtis et compositis Lucretius «naturas» adhibet; ne ratio quidem humana illos nodos vel impedimenta vel obstacula removere potest, ut homo vitam deis dignam queant agere; palaeographice perfacilis transitus est a falso «noctis» ad rectum «nodis»: CT = D.

3, 594 (videtur) «ire anima ac toto solvi de corpore *prompta*»...

nam anima labefacta videtur *prompta* esse ut de corpore separetur; ex falso vocabulo «membra» aptam vocem «prompta» recuperare volui, ut animae audaciam agendi indicarem.

3, 596 «molliaque exsanguī *specie* cadere omnia membra».

Deest versui vox ea qua corpus significetur; propono «specie», quae «figuram» exprimit.

3, 633 «*haud hilum* per se possunt sentire neque esse».

Codices scripserunt «auditum», cuius loco «haud hilum» = «nihil» proponere praestat.

3, 702 «dispertitur *eo* per caulas corporis omnis»...

Codicibus traditur «ergo», quod ex fine versus 701 injuria repetebatur et pro recto «eo» significat vel paene idem ac «tantopere» (= *bis zu dem Grade*) = eo ut intereat, vel = eo modo.

3, 861 «debet enim, misere *etsi* forte aegreque futurumst...»

pro «miseret», quod codices habent, scribi debet «misere etsi»; nam «etsi» in «est» perperam a scriba mutatum est.

3, 962 ...*acidum vacuis*...

hedonistae sunt ii, qui voluptates in virtutibus numerant; iidem vacui acidorum sunt; «acida» sunt «amarae res» vel «mala». Inimicus voluptatum a Graecis «dyskolos» vocatur qui senex esse solet; huiusmodi dyscolum Menander comicus comoedia quae inscribitur «dyskolos» illudit; in qua comoedia occurrit locus, quem Lucretius 3, 956 imitatus est «omnia perfunctus vitae praemia»; apud Menandrum exstat ad hunc versum latinum hoc exemplar: τῆς Τύχης δὲ πάντ' ἔχεις. (cfr. *Menandri quae supersunt* edidit A KOERTE II 2 (Lipsiae 1953) pg. 52 fr. 116, 5).

Liber 4: 4, 352 (ne simulacra) «possint ullarum rerum *conlecta* moveri».

Simulacra rerum oculis conlecta (cfr. «colligere») sunt, at moveri porro nequeunt; «conlecta» scribatur oportet pro «contecta», confusa littera t pro l.

4, 570 «pars solidis adlisa topis rejecta...»

«topis» a graeco vocabulo *τόπος* hoc loco propter codicum scriptionem «lopis» ponendum est, ut etiam Manilius 2, 968 scripsit; nam *l* et *t* facile mutantur.

4, 612 «clausa casarum»; ultimam vocem codices omiserunt propter aliquam similitudinem litterarum CLAVSA CASA... (ad illud «casarum» cfr. 5, 1011 et 6, 1254).

4, 761 (quem) «redditō eā vitō jam mors et terra potitast».

Id quod codices praebent «reddita» retineri potest addito pronomine demonstrativo «eā quod per haplographiam post «-tō» (in «redditō») periit.

4, 990 «aut quasi carceribus patefactis se reciere»...

In fine hujus versiculi infinitivus ad equorum actionem significandam aptus falsis vocibus «saepe quiete» expulsus est, quem ita suppleo «se reciere» (se = sae, re = pe: se re = saepe; deinde: CIERE restituo ex illo QUIETE). Verbum compositum «reciere» facile formari potest ad quinque similia composita verbi «ciendi»: «accieo, concieo, excieo, percieo, procieo».

4, 1058 «Haec Venus est nobis; hinc cautumst numen Amoris...»

ut Venus dea ita Amor deus hic memoratur, deus est *numen*. Amor est *cautus* deus, ut dicit Ovidius Ep. 17, 190 «cautus... Amor»; sic rectissime versus 4, 1058 emendatus est.

4, 1160: ad illam meretricum enumerationem pertinet etiam locus Ciceronis ad Atticum 9, 10, 2: «ἐν τοῖς ἑρωτικαῖς alienant immundae, insulsae, indecorae» (sc. feminae)... «deformitas avertit ab amore». 4, 1160 «immunda» apud Ciceronem et Lucretium occurrit; in eodem versu «acosmos» respondet illi voci «indecora» Ciceroniana; id quod in epistula «insulsae» scriptum legitur, apud poëtam 4, 1162 positivo modo per vocabula «merum sal» (*ἄλες*) redditur; voce «sal» facultas jocosae nec irridicule loquendi exprimitur; «insulsa» igitur est femina quae non habet facultatem jocosis verbis alliciendi. Etiam ex hoc loco concordantia quaedam cogitandi et dicendi inter Ciceronem et Lucretium cognoscitur.

(in proximum fasciculum)

AEMILIUS [EMIL] ORTH

NOVA ET VETERA

DE TABACO

II

Postquam quindecim dies ferias egimus, cum amicis sociisque per feriarum tempus Marco et Carolo domum revertimus.

Quo autem jucundior commodiorque esset reditus, tramine vulgato nomine «Talgo»¹ iter percurrere constituimus. Ac prius quam nos viae comisimus, magnam tabaci copiam comparare animum induximus; in urbe enim litorali Portu Sancti Emeterii² commorabamur in qua abunde venibat et copiose absumebatur. Passim institores et circitores³ tabaci viatores voluptarios⁴ nosque conveniebant et adoriebantur perpetuo voces illas edentes: «Tabacum!, est vobis tabacum! Emite tabacum flavum!»⁵; alii vero clamabant: «Est luckianum⁶ tabacum! Emite «ideales»⁷ (fasciculos).»

Nos quamquam ea tentatione et occasione alliciebamur —Carolus tabaco flavo magnopere delectabatur—, tamen ad tabacariam tabernam⁸ accessimus ubi facilius commodiusque tabacum optimae notae⁹ variique generis invenire

1. **Talgo**: quod nomen initialibus constituitur litteris ex vocibus «Tren Articulado Ligero Goicoechea Oriol»; (Goicoechea autem est traminis inventor; Oriol vero nummarius vir qui pecuniam ad tramen conficiendum praebuit). Hujus currus in rotarum triangulis innituntur ac priores desunt uniuscujusque currus rotae: quo liberius et securius procedit tramen et ex minimo pondere majorem obtinet velocitatem (180 chm. h.).

2. **Portu Sancti Emeterii**: *Santander*; cfr. «Sancti Emeterii» > *Santemder* > *Santander*, cfr. MENÉNDEZ PIDAL, *Gramática Española*, 1944, 55, 1.

3. **institores et circitores tabaci**: «institor» praeesse solet tabernae vel negotiationi et suo loco stat; «circitor» est qui circuit ut res vendat.

4. **viatores voluptarios** [*turista - touriste - turista*]: cfr.: «(voluptatis causa) peregrinator» C. MARIANO, *Nuovo dizionario italiano-latino*, s. v.); «in animi oblectationem (vel voluptatis causa) viator vel peregrinator».


(WAGNER, *Dictionarium hungarico-latinum*, s. v.; «peregrinator delectationis causa, vel peregrinabundus delectationis causa» (BACCI, *Lexicon*, s. v.). — Ex quibus maxime placet «voluptarius viator»; voluptarius enim «ad voluptatem spectat»; quod si Tullius (*Tusc.* 2, 7, 18) et Plautus (*Rud.* 54) de «homine voluptario» loquuntur qui ad voluptatem est deditus nos de viatore loquimur qui non nihil ad voluptatam inclinat seu voluptatis aut delectationis causa peregrinatur; «peregrinatorem» quoque (voluptarium) adhibere potes.

5. **tabacum flavum** [*tabaco rubio*]: est genus tabaci.

6-7. **luckianum tabacum; ideales fasciculos** [*lucki; ideales*]: sunt alia tabaci genera apud Hispanes maxime nota.

8. **tabacariam tabernam** [*estanco*]: cfr. fasc. superiorem, pag. 87, n. 35; WAGNER, (*Dict. hung-lat. s. v. dohányostözsde*) habet «tabacopolium».

9. **optimae notae** [*de calidad superior*].



DE TABACO

1. **herba tabacum, nicotiana herba:** planta de tabaco - plante de tabac - pianta del tabacco.
2. **flor tabaci:** flor de tabaco - fleur de tabac - fiore del tabaco.
3. **folium tabaci:** hoja de tabaco - feuille de tabac - foglia del tabacco.
4. **capsella fasciculis tabaci asservandis:** caja de cigarros (cigarrera) - porte-sigares - portasisgari.
5. **fasciculus tabaci:** (cigarro) puro - cigare - sigaro.
6. **hispanicorum capsella:** cajetilla de cigarrillos, pitillera - étui a cigarettes - portasisigaretta.
7. **hispanica, fasciculus tabacini pulveris:** cigarrillo (pitillo) - cigarette - sigaretta.
8. **fistula (fumisugium):** boquilla - pipe - bocchino da fumare.
9. **sulphuratorum theca:** caja de fósforos (cerillas) - porte-allumettes - scatola di fiammiferi.
10. **sulphuratum, cereolus:** fósforo (cerilla, mixto) - allumette - fiammifero.
11. **pyxis tabacina:** petaca - tabatière.
12. **cinerarium:** cenicero - cendrier - portacenere.
13. **pyxis, theca tabaci:** tabaquera (caja de picadura) - boîte de tabac.
14. **chartae tabacinae libellus:** librillo - libretto.
15. **infundibulum tabacinum, fumisugium:** pipa - pipe - pipa.
16. **igniarium:** encendedor - briquet - accendisigaro.

possemus et in tanta eligere varietate. At inter viam abjectum vidimus spectaculum minimeque oculis gratum: homines illos huc illuc in praetereuntes et in terram oculos conjicientes, ubique quaeritantes ac vel ex sordibus cicca¹⁰ colligentes, ex quibus etiam tunc nonnulla fumabant¹¹ aut media tantum absumpta erant¹²; dum vero iter nostrum prosequimur haud procul ab statione tabernam tabacariam repperimus. Quanta ibi tabaci varietas et copia! In pluteis tabacum turcum¹³ in fibras contusum¹⁴ condebatur, quod tamen ex ejus suavi odore statim olfecimus; in vitrato autem loculamento¹⁵ conspiciabatur tabacum flavum seu anglicum¹⁶, atrum¹⁷, philippinum¹⁸, optimumque pulverei tabaci genus, quod, ut Carolus ait, in primis Itali elaborant. Erat praeterea infundibulorum tabacinorum¹⁹ magna copia ex quibus nonnulla mirae et exquisitae figurae erant, nova et recentia igniaria, capsellae igneae e sandalide cum crustis auratis tabaco pulverato condendo²⁰. Ingredi-mur, universam nos velle comparare tabernam diceres!

—Salve, bone tabacarie!²¹.

—Salvete et vos, optimi adulescentes! Quid vobis gratum? Opusne vobis aliqua re?

Et antequam quicquam ab eo postulavimus, eduxerat ille et monstrave-

10. **cicca** [*colilla - mégot - cicca*]: proprie «ciccum» est «membrana tenuis malorum punnicorum»: —ex Festo et Varrone—; sed «apud Latinos occurrit translate tantum pro re parvi aut nullius momenti vel pretii»; et ideo optime a Baccio proponitur ad extremum fasciculum tabacinum designandum.

11. **fumabant** [*humear*]: hoc sensu verbum «fumare» optime usurpatur. cfr. fasc. superiorem, p. 84, n. 12

12. **media tantum absumpta erant** [*a medio fumar*]: cfr. fasc. superiorem p. 88, n. 41.

13. **tabacum turcum** [*tabaco turco*]: est genus tabaci.

14. **in fibras contusum** [*picado de hebras*]: dicitur «contusum» vel «concisum».

15. **vittrato loculamento** [*escaparate*]: cfr. «Pueri consistebant ad vitrata loculamenta referta lusorilis» (*escaparates repletos de juguetes*) (AVENARIUS, PALAESTRA LATINA, 24 (1954) 151); et etiam: «Sibi visus est .. vidisse vitratas ostentationes mercium» (*los escaparates de muestras*) (AVENARIUS, PAL. LAT., 24 (1954) 152); et «vitrata loculamenta sunt vestri escaparates, eademque liberius quidem, sed fortasse non nimium insulse «ostentationes», i e

«monstrationes», *muestras*, voco, siquidem istis in loculis ostentantur res venales» (AVENARIUS, PAL. LAT., 24 (1954) 135). «Armarium, repositorium vitreum» habet MARIANO s. v. *vetrina*.

16-17-18. **tabacum anglicum; atrum; philippinum** [*tabaco inglés; tabaco negro; filipino*]: sunt alia tabaci genera.

19. **infundibulorum tabacinorum** [*pipa*]: cfr. quae in superiore fasciculo de hac voce dixi (p. 86, n. 21); sunt qui illis vocibus «nicoturam» adjiciant, quae minime usurpanda est neque in usum inducenda.

20. **capsellae ligneae e sandalide cum crustis auratis tabaco pulverato condendo** [*cajitas de madera de sándalo, para rapé con incrustaciones de oro*].

tabacum pulveratum, pulvereum [*rapé*].

21. **tabacarie** [*estanquero*]: GOGNASSO, MARIANO, BACCI praebent «tabaci venditor», («tabaci venditrix; qui tabacum vendit»); sed adjectivum «tabacarius, a, um» in *Societate Latina* legimus (7 (1939) 45, cfr. fasc. superiorem p. 84, n. 16), et nihil obstat quominus substantivum quoque inducamus e tabaco eductum cum in lingua latina plurima sint hujusmodi substantiva in -orius destinata.

rat omne genus tabaci: tabacum batavum²², quod minimae virtutis erat, —ut ille explicavit—, tabacum praematurum²³ quod e foliis conficitur antequam maturescat. Marcus, qui omnia tabaci insignia²⁴ optime cognita habebat, multis datis explicationibus ostendit Dianae tabacum²⁵, grati gravisque aromatis; tabacum bubalum²⁶, flavumque grato sapore praeditum; ex quibus non nihil emit; et quanquam crumena²⁷ jam flaccescebat, Carolus tamen tabaci flavi capsulam²⁸ postulavit et Marcus, qui exquisitoris palati erat, contusi tabaci hispanici maluit capsulam²⁹ et tabaci «lucki» ut rei adderet varietatem. Atque illa nostra emptione laetitia gestientes ex tabacaria egressi sumus.

Carolus flavum fasciculum extulit, in fumisugium seu fistulam³⁰ immisit, et dum callide haustus fumi sugit, et ego «ideales» fasciculos experior, et Marcus in luckiano suo magnam capit voluptatem stationem petimus, quamquam tramen nondum sui adventus praevalidum sibilum ediderat.

Tesseras³¹ comparavimus et pedetentim in tramen venimus; cumque ascenderemus secundae classis loculamentum³², hunc legimus titulum: «Om-nibus severe interdicitur exspuere et tabaco uti».

—Male nobis factum est! amicis dixi; sed paulo post id a quodam viatore intellegimus; in singulis primae et secundae classis curribus loculos seu exedras³³ tabaco indulgentibus proprias esse in quas, a designatore³⁴ induc-ti, nos recepimus.

Tota exedra tabacum redolet. Libere respirare nequimus, aër spirabilis fere non est. Fenestram aperimus et ad eam assedimus; ac dum tramen velo-

22. **tabacum batavum** [*tabaco «holan-dés»*].

23. **tabacum praematurum** [*tabaco «verdín»*].

24. **insignia** [*marca*]: «insigne» est signum, indictum, nota, id quod in quaque re insigne vel insignitum est; sunt qui tantum «nota, signum» ad vocem *marca* latine reddendam proponant, his vero anteponendum «insigne» videtur.

25-26. **Dianae tabacum; tabacum bubalum** [*tabaco «Diana»; tabaco «búfalo»*]: sunt alia tabaci genera; «bubalus» est quoque adjectivum ut «bubalinus».

27. **crumena** [*bolsillo, cartera*]: est sacculus in quo pecunia reconditur (cfr. FORCELLINI, s. v.); «pasceolus» etiam dici potest «qui est sacculus ex aluta in quo etiam pecuniam reponerent» (cfr. FORCELLINI, s. v.).

28. **tabaci flavi capsulam** [*cajetilla de tabaco rubio*]: etiam «fascis», «fascis charteus»

pro *cajetilla* adhiberi potest

29. **contusi tabaci hispanici capsulam** [*cajetilla de picadura española*].

30. **fumisugium seu fistulam** [*boquilla de fumador — pipe — bocchino da fumare!*]: cfr. de his vocibus fasc. super. p. 85. 86. 87, n. 18, 21, 25.

31. **tesseras** [*billetes*]: cfr. MIR, PAL LAT., 26 (156) 20 n. 3.

32. **secundae classis loculamentum** [*departamento de segunda*]: cfr. E. JOVÉ. *Candidatus Latinus*, 2 (1929) 27.

33. **loculos seu exedras** [*compartimiento, sala*]: hi loculi exedrae dici possunt uti videtur, ex his quae apud FORCELLINIUM (s. v. *exedra*) habentur. Ceterum P. SRRINGHETTI (*Institutiones stili latini*, Romae, 1954, p. 101) latine «exhedram, exhodum, synhodum scribere mavult; aliter tamen FORCELLINIUS: «aspirationem frequentior Latinis extrivit usus».

34. **a designatore** [*acomodador*].

cissime per illos patentis valles camposque Portus Sancti Emeterii praeter-
greditur et rapidus in cuniculos³⁵ penetrat, sermonem conserimus et extre-
mos aestatis dies in illis montanis locis exactos perlubenter memoramus.

Senex qui nobis assidebat, sevocato animo intextum tabacum³⁶ mande-
bat; alius vero cum fasciculum accendere vellet, igniarium a nobis postulavit.

Marcus viatorem nobis indicavit qui ex loquendi ratione et fere peregrina
lingua advena esse videbatur, americanus quidem erat vir qui miro fumi-
sugio sucineo³⁷ tabacum sugebat suavissimum exhalans odorem; tabacum
illud verginium³⁸ erat, in Verginia affabre elaboratum quae in praecipuis con-
numeratur provinciis ex quibus in alias civitates tabacum exportatur. Fasci-
culum humaniter nobis obtulit quem libenter accepimus; ille vero ad viginti
quinque fasciculos cottidie sugebat. Tramen «Talgo» in praestitutum finem,
Hispaniae Caput, velocissime pervolat.

Ad extremum, magnificentum conspiciebamus aedificium supremae ab
aëria classe Administrationis³⁹ et Plateae Hispaniae septizonium⁴⁰. Matritum
tandem perveniebamus. Cinerarium ciccis repletum onestumque nostra
quoque absumpsit cicca quae ibi fumantia manserunt.

Ille autem Americanus eleganter fasciculorum extinctorem prompsit et
fasciculum americanum exstinxit. Tramen in statione perstat.

Vespere Portu Sancti Emeterii egressi eramus et altero die mane per
duas Castellae Provincias Matritum perveneramus.

35. **cuniculos** [tunel - tunnel - traforo]:
cfr. MIR, PAL. LAT., 26 (1856) 26, n. 18.

36. **intextum tabacum** [tabaco trenzado].

37. **fumisugio sucineo** [boquilla de ám-
bar]: «sucinum est idem quod electrum, tum
quod ex quibusdam arboribus fluit, tum quod
inter metalla numeratur» (cfr. FORCELLINI, s.
v.)

38. **tabacum vergineum** [tabaco de Vir-
ginia].

39. **aedificium supremae ab aëria
classe administrationis** [el edificio del Minis-
terio del Aire]: cfr. MARIANO, s. v. Ministerio;
«ab aëria classi administer (ministro dell'aria
o dell'aeronautica)» (BACCI, Lexicon, s. v. mi-
nistro).

40. **septizonium** [rascacielos - grattaciel - grattacielo] cfr. «caeliscalpium, sublimes
aedes» (COGNASSO, *Il latino*, s. v.); «domus in
nubila erecta» (WAGNER, *Dict. Hung. Lat.* s. v.
felhökarcoló); «Celsissimae illae aedes, quae
caelum scabere (perficare) dicuntur. Assur-

gentes ad caelum aedes; caelum perfricantes
aedes» (BACCI, *Lexicon*, s. v.). Quae tamen
locutiones, rei explicationem tantum esse
videntur; quod si aedes pressius designare
volumus unaque simplici voce exprimere,
septizonium propono; «septemzonium vel sep-
tizonium» enim dicitur «aedificium Romae
alte assurgens e septem zonis seu fasciis
(cornicioni) cinctum, quae septem veluti moles
altam supra aliam decrescendo impositas,
referebant», cfr. FORCELLINIUM, s. v., et RICH,
ubi vox uberius explicatur et depingitur. Cum
vero numerus septimus (septem) sit numerus
«absolutus et idem valet ac multi, plures», et
«numerus septenarius perfectionem quamdam
contineat» (FORCELLINIUM, s. v. *septem* et *sep-
tembonus*) *septizonium* idem est ac multas ha-
bens zonas, fascias, tabulata quo multis ra-
tionibus celsissimis its nostrae aetatis domi-
bus convenit. Si ad hodiernas linguas rem
designare mavis, «caeliscalpium» cum Cognas-
so dicere poteris.

NISUS ET EURYALUS

Radiodrama quod edimus, magnetophoni ope ab alumnis quinti latinitatis cursus in coetu academico Gymnasii Barbastrensis est interpretatum. Quod lectoribus in lucem vulgatum utile putamus ut quasi specimen sit et exemplum radiophono aptandi classicae antiquitatis argumenta et praesertim ut iterum iterumque pateat quam facile lingua latina —semper et in omnibus vicens— quibuslibet generibus litterarum recentissimis, prout ars radiophonica postulat, aptari possit.

*(Musica mysterii plena vehementissima in P. P. (in primo plano)
auditur quae paulatim in imum fundum descendit)*

NARRATOR. — *(Nisus et Euryalus...)* Radiodrama ex Aeneidos Vergilii libro nono desumptum et ab alumnis quinti cursus latinitatis scaenice interpretatum.

(Musicae impetus vehemens quae lente cessat)

NISUS. — Taedio sum confectus in hac porta custodienda. In placida quiete ultro non acquiesco...

EURYALUS. — Per deos immortales! ardeo studio impetum faciendi in Rutulos sceleratos.

NARRATOR. — Duo juvenes trojani, Nisus et Euryalus qui in excubiis aderant, ita loquebantur.

NISUS. — Percipe, quaeso, Euryale, consilium quod cum animo meo volvi. Populus omnesque patres acciri Aeneam exposcunt eique nuntios mitti. Ego ab illis petam ut mihi facultatem eundi faciant et Aeneam in castra reducam. Si quae tibi poscam, promittunt, tibi omnia erunt. Nam mihi facti famam sat praemii duco.

EURYALUS. — Mene igitur, Nise, fugis socium summis rebus adjungere? Te solum in tanta pericula non mittam! Ego etiam vitam ultro contemno atque libenter quem honorem petis, vita rependam!

NISUS. — Nihil equidem de te verebar. Sed si quis me casus vel deus in adversum rapiat, te mihi superesse velim. Aetas tua dignior vita est. Ne miserae tuae matri, quae te una ex tot matribus sequi ausa est, sim causa tanti doloris!

EURYALUS. — Nequicquam inanes causas nectis. Sententiam nunquam ipse mutabo: ubique tecum ero. Age, acceleremus!

(Musica lente transitionem parat)

NARRATOR. — Ductores Teucrorum longis hastis adnixi et scuta tenentes consilium de summis rebus habent.

ASCANIUS. — Ut compertum habetis, nuntius nobis est deligendus, qui quaesitum patrem Aeneam mittatur. Vos sententiam rogo.

NARRATOR. — Vigil qui ad tentorium consilii Trojanorum adstat, subito ingreditur.

VIGIL. — Valet! Foris sunt duo juvenes qui hoc consilio recipi volunt. Res magni momenti se afferre asserunt.

ASCANIUS. — Accedant!

NISUS ET EURYALUS. — Salvete, viri!

ASCANIUS. — Quid vultis?

NISUS. — Audite, Aeneadae. Scimus vos quaerere nuntium qui Aeneam in castra reducat. Agite ergo, ecce adsumus nos! Optime enim nos scimus vias, et si deorum fata propitia sint nobis, speramus nos statim cum magna praeda regressuros...

NARRATOR. — Ascanius omnes viros circumspexit.

ASCANIUS. — Vobis, Nise et Euryale, fortunam meam atque spem concredo. Afferte vobiscum patrem Aeneam. Si ille profecto redierit, quod a me postuletis donabo, aurum, equos, argentum, mancipia...

EURYALUS. — Prae omnibus, mi Jule, donis id unum a te quaerere volo. Mecum Troja excessit mater et nunc eam insalutatam relinquo. At tu, oro, solare matri relictæ, succurre inopi, si numina mihi non adsint...

ASCANIUS. — Ite, di bene vertant! Nihil tibi curae nam mihi quoque tua genetrix erit!

(Musica mollis et fortis sonat quae brevi omnino perit ut transitus fiat)

NISUS. — Jam diu ambulamus! Haud sane nos credo longe abesse a castris Rutulorum.

EURYALUS. — Vide, en prope exstant; adhuc ignibus non omnino extinctis aliquae prunae fumant.

NISUS. — Nunquam satis, ut nunc, Euryale, nobis cavendum erit!

NARRATOR. — Passim fusa per herbam corpora somno et vino sopita, currus, arma, crateres jacent.

(Musica longinqua quae audiri sinat silvae rumores passerisque concinentes)

NISUS. — Hac iter est. Stringe gladium. Nobis statim opus erit.

EURYALUS. — Quid, Nise, facias?

NISUS. — Gressus quam citius celeremus. Viam nobis expediamus ferro!

(Musica vehemens et dissona, quae superiorem exstinguat. Sonus ensium cum ferreis loricis collidentium)

VOX. — Aggg!

NISUS. — Macte virtute, Euryale!

VOX. — Aggg!

NARRATOR. — Humi capita trunca, pendentia colla pulvere et sanguine obscurantur. Mox juvenes trojani, Nisus et Euryalus, ponderosa praeda referti e castris hostium egrediuntur.

(Musica priorem extinguens, quae tamen audiri sinat rumores silvae passerumque cantus. Sit suavissima)

NISUS. — Caede abistamus! Via per hostes facta est!

EURYALUS. — Age, Nise, cito! Jam jam lux inimica venit!

NISUS. — Siste, Euryale, vide: turba equitum Rutulorum huc appropinquat!

MODERATIO. — *(Sonus invalescens equitum turmae concitatis equis contendentium. Equorum passus audiuntur).*

EURYALUS. — Ter centum! Scutati omnes! Gressum celeremus!

NARRATOR. — Jamque castris appropinquabant, cum procul juvenes ab hostibus cernuntur. Galea enim e praeda desumpta Euryalum immemorem prodit radiis refulgens. Medio agmine Volcens:

VOLCENS. — *(Haud ita eminus).* State, viri! Quae causa viae est? Quid in armis proceditis? Quo tenetis iter?

EURYALUS. — Siste paululum, Nise, sequi non valeo! Praeda oneror! Tenebris ramiorum impedior.

NISUS. — Per silvam sub illas ilices fugiamus!

VOLCENS. — *(Exclamans).* Equites, eos via prohibeamus! Calles silvae tenete! Integros aut mortuos ad me adducite!

MODERATIO. — *(Undique concitatorum equorum ungulae audiuntur).*

(Subitus musicae impetus angoris plenae, qua tamen insequentia verba percipiuntur)

EURYALUS. — Nise! Nise! Nise! Ubi es?

NISUS. — Hic sum, Euryale, festina et brevi salvi erimus!

EURYALUS. — Nise! Nise!

NISUS. — Euryale infelix...

MODERATIO. — *(Altum silentium fit).*

NISUS. — Euryale infelix, eheu; quo loco te reliqui?

MODERATIO. — *(Propius audiuntur militum clamitantium voces).*

VOLCENS. — *(Militibus voce longe praestans).* Euryalus... Ergo Trojanus miles. In castris edepol colloquemur! Modo, equites, eum tenete!

NARRATOR. — Tandem Nisus rursum perplexum iter secutus Euryalum ab equitibus Rutulis captum et oppressum videt. Toto corpore conixus ferrum in hostes conicit et...

MILES. — *(Fremittum edens aliorum vocibus fortiolem).* Aggg!

VOLCENS. — (*Animo suspensus*). Quid novi, milites?

MILES. — Cecidit Sulmo hasta transfixus!

MODERATIO. — (*Altum silentium fit*).

VOLCENS. — (*Furens*). Quis eam contorsit?

MILES. — Aggg!

VOLCENS. — Alter, alter occubuit! Unde telum conjectum? Responde, trojane miles. Sin minus, amborum poenas tuo sanguine persolves!

NARRATOR. — Volcens furore ardens stricto ense Euryalum petebat, cum Nisus dolore oppresus ob amici periculum sese e tenebris silvae prodit...

NISUS. — (*Exhorrescens clamat*). Gladium contine! Ecce adsum qui feci! In me, Rutuli, ferrum convertite! Omnis fraus mea est! Nihil iste fecit! Caelum et terram testor eum tantum amicum infelicem nimium dilexisse!

EURYALUS. — (*Quasi suffocetur*). Nise... Nise...

NARRATOR. — Sed frustra Nisus talia dicta dedit. Volcens ense candidum Euryali pectus rumpit. Ejus cervix in umeros colapsa recumbit. Talis flos purpureus, cum succisus aratro langescit moriens... At Nisus ruit ferro in medios hostes...

(*Musicae impetus interea sonat*)

VOLCENS. — (*Totis lateribus clamans*). In eum irruite! Ei ne peperceritis!

(*Musica vehementior fit quasi procellam praemonens*)

MODERATIO. — (*Proeliantium vociferationes*).

VOX. — (*Inter alias voces valde eminens*). Cave, mi dux, cave! Hostis solum te petit!

NARRATOR. — Sed frustra... Nisus in ore adverso Volcentis fulmineum ensem condiderat, et ipse Nisus telis hostium confossus...

NISUS. — Euryale! Euryale!

NARRATOR. — Super exanimum amicum sese projecit placidoque ibi leto demum quievit... Adeo amici usque ad mortem inter se dilexerunt!

(*Musica vehementissima p̄torem musicam concidens*)

NARRATOR. — «Fortunati ambo! Si quid mea carmina possunt, nulla dies unquam memori vox eximet aeo dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum accolet imperiumque pater Romanus habebit».

(*Musica ab imo fundo emergit, deinde suaviter exstinguitur*)

NARRATOR. — (*Dum superioris musicae ultimi modi sonant*). Spectatissimi audientes, radiodrama ex Aeneidos Vergilii libro nono desumptum et ab alumnis quinti cursus latinitatis interpretatum exaudistis. Valete.

Verborum et locutionum praecipuarum index

<i>Radiodrama</i> : Guión dramático radiofónico, radiodrama	qua, tamen, insequentia verba percipiuntur; que sirva de fondo a las palabras siguientes
<i>Narrator</i> : narrador	altum silentium fit: silencio completo
<i>moderatio</i> : control	propius audiuntur voces: empiezan a oírse más cerca unos gritos
<i>in primo plano</i> : P. P. (primer plano)	militibus voce longe praestans: destacando su voz sobre la de los soldados
<i>in imum fundum descendere</i> : descender a fondo	fremittum edens aliorum vocibus fortiozem: destacando su grito sobre los otros
<i>musicae impetus</i> : ráfaga musical	animo suspensus: intrigado
<i>musicae lente transitionem parat</i> : música lenta de transición	quasi suffocetur: como ahogándose
<i>musica longinqua</i> : música de fondo	inter alias voces valde eminens: destacándose fuertemente
<i>musica vehemens et dissona</i> : música fuerte de desacordes	musica ab imo fundo emergit: la música sube de fondo
<i>musica quae superiorem extinguit</i> : música que corta a la anterior	deinde suaviter extinguitur: luego se pierde suavemente
<i>sit suavissima (musica)</i> : muy piano	dum superioris musicae ultimi modi sonant: sobre los últimos compases de la música anterior
<i>murmur invalescens</i> : murmullo progresivo	
<i>haud ita eminus</i> : desde algo lejos	
<i>undique</i> : en todas direcciones	
<i>subitus musicae impetus angoris plenae</i> : ráfaga de música angustiosa	

Alumni quinti latinitatis cursus moderante eorum magistro

M. MOLINA, C. F. M.

Nuntia varia accipite, pueri

Hafniae (*Copenaghe*). — Omnes hujus oppidi commentarii diurni pervulgarunt die sexto decimo superioris mensis februarii, canem quendam magnum, casu prope flumen praetereuntem, cum duo pueros, novem decemque annos natos, fluctibus fere absumptos videret, statim —res mira!— in eos latrantem irruisse atque ab undis eripuisse. Quare praemiis magnis muneribusque canis dominus est cumulatus.

In **Virginia**. — Quattuor homines, qui «ranunculi» dicuntur classis Americae Septemtrionalis, omnes nostrae aetatis «homines ranunculos», tempore immersionis sub aqua longe exsuperarunt. Hi homines aquis altae piscinae, per septem et quadraginta horas immersi manserunt...; ideoque tempus immersionis superius a viro quodam etiam americano Joanne Gery nomine expletum, quindecim horis superarunt...

In **Mauretania**. — Piscatores portus qui «Sadi» dicitur, novam piscandi rationem et artem «electrohypnoticam» a claro viro germano Dethlof inventam, nunc prospero exitu adhibent.

Pisces —loco ubi conveniunt, vi electrica excitato— retibus et hamis aliisque instrumentis vi quaque electrica instructis, facile et sine labore a piscatoribus capiuntur.

Wasingtonii. — Aëroplana bellica, dum advolant, mittere deinceps poterunt —decidiculis (*paracatdas*) instructos - milites omne genus instrumentis belli munitos, id est parvis curribus autocinetis, curribus armatis, «gippicis»... qui omnes simul cum militibus dejicientur. Quomodo tempora nostra procedunt!

Barcinone. — Qui in Barcinonensi Universitate scientiis physicis chemicisque vacant, moderante Professore harum artium, viro vere perito, missile —tria metra longum— post magnum laborem, effecerunt. Quod missile parvo radiophono aliisque instrumentis ad aëris crassitudinem caelique condiciones, naturam atque mutationes metiendas instructum, intra paucos dies ad spatia sidera Tarracone emittetur.

In insulis «**Hawai**». — Die nondum statuto, classis Americana pyroboli seu «bombae» hydrogenii experimentum capiet. Duae «bombae» displodentur: altera in mare, altera in navem displodenda dejicietur. Ut Americani hos effectus experiantur, locus in Oceano pacifico longinquus deligetur.

Tokii. — In hac urbe duo vere unici viri vitam agunt: alter est architectus quidam, centum et quindecim annorum —metrum et sexaginta centimetra altus— qui in parvo sphaeristerio pila cotidie ludit... Affirmat se nunquam laboravisse suamque perlongam vitam eo quod nunquam festinaverit, debere.

Alter vir est juvenis quidam —nomine Matsuzaka— viginti et duo annos natus; qui duo metra et triginta quattuor centimetra altus, tenuis maxime et corpore admodum exilis est. Veritus ne magis ac magis in altitudinem crescat, per diem aliquod oryzae lactisque vasculum tantum sumit.

J. ARAMENDIA, C. M. F.

SACRA AERA PERSONANT!

Per le campane della Collegiata di Castellabate

Per la campana dell'Assunta:

In caelum Assumptam canite aeternum, aera, Mariam,
Quam priscae aetates hic coluere patrum.
*Cantate in eterno, campane, la Vergine Assunta,
Che le prische dei padri qui veneraro etadi.*

Nudus erat collis, nudum tibi, virgo sacellum,
Hic sed erant pueri lilia Constabilis.
*Nudo era il colle, nuda una cappella a Maria;
Ma qui venìa coi gigli Costabile fanciullo.*

Per la campana di San Costabile:

Constabilem aera canunt longis impulsibus acta,
Et vocem excipiunt litora rura Patris.
*La campana a distesa in onor di Costabile suona,
E del Padre la voce senton campagne e lidi.*

Turritum castrum colles et cuncta locorum
Protege, Constabilis, gloria nostra et amor.
*Il turrito Castello il colle e tutte contrade
Proteggi, o Santo, amore e gloria nostra.*

Per la campana di Santa Irene:

Irene est nomen mihi quod sum nuntia pacis;
O quae sunt pacis dona tuenda prece!
*E' Irene il mio nome ché nunzia io sono di pace;
O quai di pace doni sa custodir la prece!*

Virgineae similis mea vox argentea tinnit;
Nil tam suave sonat: vestra Beata canit.
*Come d'una fanciulla la mia argentea voce tintinna;
Nulla più dolce suona: la vostra Santa canta.*

ALOISIUS GUERCIO

Salerni.

ADMONITIO

(*ad sedulos latinitatis discipulos*)

En modo quae scripsit versu vobisque dicavit
Vester grammaticae dux studiique comes:
Carmina non omnis qui docte scandere scivit
Tunc ideo sapiens sive poëta fuit.
Lux licet a nobis absit praecelsa poësis,
Scribere nil ipsos nocte dieque vetat.
Pulchros ut libeat vobis jam pangere versus,
Unicuique decet legis adesse memor.
Forsitan oblitam legem nunc quaeritis illam
Quae modulos statuit carminis atque sonos?
Hoc quoque scribenti monitum lex porrigit ipsa:
Syntaxim servet, servet et omne decus.
Denique carminibus verborum copia praesit,
Lingua ut noscatur quam solet esse fluens!
Quos si quis teneri reserat sublimia cordis,
Dona et quae nobis tradidit alta Deus;
Aut veterum vatum si quis modulabitur instar,
Optime tum vates ille vocandus erit.
Culmina num quisquam jam vult Heliconis adire,
Pieridesque colens, Vergiliumque sequens?
Ludere sed versu tamen et prodesse fatemur
Carmen et alta sonans «vas simul esse sacrum».
Nunc opus est vobis alios agnoscere vates
Quos quondam juvit carmine adire Deum:
Corporis in versu mysteria laudat Aquinas
Ejus qui ecce Deus nunc superest et homo.
Discite quae sancto cecinit Prudentius ore
Ac sacra quae pepigit disticha Papa Leo.
Nostratisque etiam Carum memorate poëtam
Classica qui vertit, classicus ipse manens:
Nam Michaël vatem Latii miratur, et inde
Illius, scandens carmina, frater adest.
Num fugitis musas? Aliter tunc cernite nequam
Pellere moestitiam laetitiaque frui.
Non sic Maeonidae mihi, quamquam creditur hujus
Versus nunc omnis lector abesse mei...
Vatibus ut merces sese offert ipsa Poësis
Immo qui faciunt surgere corde melos.
Consilium vestri tandem hoc servate magistri:
Lux animi vobis sint honor atque labor!

Ex Columbia.

A. J. LOPEZ, Pbrer.

COEMETERIUM

(in diem 2 m. Novembris)

Hic defunctorum locus est statioque suprema
 Urbsque seculralis hinc jacet ante pedes.
Hic recubant manes, tumulati pulvere sacro,
 Fatis defunctos hinc sopor altus habet.
Nullus in hoc portu sonitus strepitusve cadentis
 Auditur pluviae. Marcida cuncta jacent.
Mens aciem tendit lustratque cadavera multa,
 Angustis tabulis quae tumulata cubant.
Quid mansit cunctis nisi pulvis et atra putredo?
 Cum Croeso Lazarum continet arca brevis.
Dic mihi, qui vivus glaebas sulcarit aratro?
 Splendida qui quondam presserit aura manu?
Qui nitidis genitus cunis conspexerit aevum?
 Ubera qui servae suxerit ore premens?
Dic mihi, qui tulerit calvo diadema coruscum?
 Cujus, dum vixit, forfice rasa coma?
Unde scies? Confusa jacet commixtaque strages
 Exsanguis turbae nullaque signa patent.
Discrimen nullum. Tabulas mors denique justa
 Bis binas cunctis praebuit et tumulum.—
Vita functorum meditor dum fata suprema,
 Umectat malas lacrima lapsa polo.
An pater hanc fudit, pueros qui pectore deflet,
 Quos velut exortas mors tulit atra rosas?
Anne parens, cujus natos in flore juventae
 Bellum mortifera glande necavit atrox?
Jam mihi defixo tumulis nox roscida serpit
 De fatiis variis mens mea jamque redit.
Quae vos nunc, manes, condunt taciturna sepulcra,
 Vita defunctos nos aliquando tegent.
Quis tumulus mea membra teget tumulanda Supremi
 Numinis imperio? Quis mihi dicet: «Ave?»
Quisve meum tumulum lustrali fonte piabit
 Atque crucis signum quis super ossa dabit?
Verum crux victrix stabit super ossa sepulta,
 Mors ubi regnarat, vita perennis erit.—
«Jam dormite sacro, manes, requiescite somno,
 Suaviter exuvias, hospita terra, fove.
Dormit adhuc cunis non exorabilis hora,
 Corpora quae tumulis surgere cuncta jubet.
Nil refert nunc pondus atrox, nunc mille procellas
 Foedere conjuncto me cruciare suo.

Quaevis pugna cadet, cadet et nimbose procella,
 Nascetur tribulis sanguine tincta rosa».

Haec fatus tumulos linquo, funebria regna,
 Qua totiens volvi fata suprema mea.

Emergens tenebris radiat jam lucifer atris
 Et placidam noctem commonet et requiem.

N. MANGEOT, e S. J.

Ex stellis tu descendis

Ex stellis tu descendis, o Rex caeli,
 et venis in cryptam cum frigore et gelu
 O infans mi divine,
 ego te video hic tremere:
 o Deus beate!
 Ah, quanto tibi stetit amasse me!
 Tibi qui es mundi Creator
 non panni sunt nec focus, mi Domine!
 Care, electe Parvule,
 quanto magis paupertas haec
 me amore afficit,
 quoniam te fecit amor pauperem etiam!
 Tu pulchrum gaudium linquis divini sinus,
 ut in hoc faeno pati venias!
 Dulcis amor mei cordis,
 quo te amor tulit?
 O Jesu mi,
 cur tantum pateris? Amore meil
 Sed si voluntas tua pati fuit,
 cur postea flere, cur vagire vis?
 Sponse mi, amate Deus,
 mi Jesu, te intellego.
 Oh, Domine mi!
 Non dolore tu fles, sed amore.
 Tu fles cum te a me ingrato videas
 pro tanto amore tam parum amatum.
 O dilecte mei pectoris,
 si jam olim ita fuit,
 nunc te solum cupio:
 meum bonum, noli amplius flere: te amo,
 te amo!

Salerni.

RICHARDUS AVALLONE

Tu scendi dalle stelle

Tu scendi dalle stelle, o Re del cielo,
 E vieni in una grotta al freddo, al gelo:
 O bambino mio divino,
 lo ti vedo qui tremar.
 O Dio beato,
 E quanto ti costò l'avermi amato!
 A te, che sei del mondo il Creatore,
 Mancano panni e fuoco, o mio Signore.
 Caro eletto Pargoletto,
 Quanto questa povertà,
 Più m'innamora!
 Giacchè ti fece amor povero ancora.
 Tu che godi il gioir nel divin seno,
 Come vieni a penar su questo fieno?
 Dolce Amore del mio core,
 dove amor ti trasportò?
 O Gessù mio,
 Per chi tanto patir? — per amor mio!
 Ma se fu tuo volere il tuo patire?
 Perchè vuoi pianger poi, perchè vagire?
 Sposo mio, amato Dio,
 Mio Gesù, t'intendo sì;
 Ah! mio Signore,
 Tu piangi non per duol, ma per amore.
 Tu piangi per vederti da me ingrato,
 Dopo sì grande amor, sì poco amato.
 O Diletto del mio petto,
 Se già un tempo fu così,
 Or te sol bramo,
 Caro, non pianger più, ch'io t'amo, io
 t'amo,

S. ALFONSO M. DE LIGORIO

EPISTULARUM INTER SOCIOS COMMERCIIUM

Josepho M. Mir, viro humanissimo, J. Isewijn S. P. D.

Nuperrime litteras tuas de «pellicula» voce ad me perhumaniter missas accepi. Quas ob litteras maximas Tibi gratias libenter ago.

Normas de latinitate novanda a Te propositas qua sint consideratione prudentiaque plena valde laudo. Etenim scriptoribus litterariis latinis purissimam latinitatem observandam esse ego quoque censeo. Interdum tamen commoveor dictis virorum, qui technicas artes quod attinet latinitatem ineptam factam esse contendunt quia nova vocabula nimis abhorret. Dicunt praeterea:

—Quid si Romanis licebat e graeco, gallico, germanico, hebraico, iberico fontibus sumere, nobis autem anglico —quae lingua novis inventis est quod graeca fuit tempore Romanorum— non licet?

—Modus loquendi hodiernus praesertim in rebus technicis circumlocutiones respuit. Doctus vir, qui de *radari* scribere vult, quamcumque adhibeat linguam vernaculam, «radar» ponet. Cur igitur unis latine scribentibus «radioelectricum instrumentum praenuntians» vel simile quid dicendum? Nonne Cicero dixit: «Id quidem commune omnium fere est artium: aut nova sunt rerum novarum facienda nomina, aut ex aliis transferenda» (*Acad. Post. I, 25*).

—Videas quae faciant linguae novae isdem difficultatibus laborantes:

1) Lingua russica aut vocabula occidentalia (anglica, germanica, nederlandica) usurpat aut nova verba per compendium ex circumlocutionibus proculdit. Novum verbum componitur singulis singulorum circumlocutionis membrorum litteris syllabisve rescisis, velut «Komsomol» (=Sodalitas Juventutis communistica) ex KOMmunistitsjeskii SOtuz MOLOdjosji. Quod idem saepius fit apud Anglos (Radar = Radio detecting and Ranging), Germanos (Krad = Kraft-Rad), etc.

2) Linguae Africanae nomina novarum rerum e francogallico vel anglico sumunt, paucis vel etiam nulla re immutatis.

3) Apud Indos sunt qui vocabula anglica inducere, sunt qui omnia ex sanscritica lingua sumere malint. Ut exemplum proferam, hi «station» dicunt, illi «agnirathavirōmastōna» i. e. locus ubi currus igneus sustinetur. Vincunt magis magisque grammatici anglissantes.

4) Lingua neograeca plerumque cum rebus et nomen accipit. Itaque scribitur ρανταρ, πιλοτος, φιλημ, σιγαρέττα, ροκ αν ρολ... aliaque hujusmodi.

5. Vide porro quae fecerunt scriptores latini mediaevales, qui novare ausi sunt ideoque linguam revera universalem servare potuerunt. Vide tandem auctores latinos recentissimos, velut Hippolytum Galante. Qui cum paucis ante annis carmen epicum de rebus Indicis (Saniuctam) componeret scripsit: jangla (= jungle: silva tropica); Monsones venti; banana (etsi Plinius XII, 24 hunc fructum arieram vocavit).

His omnibus perpensis nonnumquam vereor ne rectius sentiant illi nosque nimis simus timidi. Gaudeo tamen quod LALAE STRA LATINA nova semper vocabula novis rebus imponenda procreare studet.

Paucis diebus ante Vincentius Lopez Soto Barcinonensis vir humanissimus mihi PALAESTRAE libellos III-IV anni 1957 dono misit. Vidi itaque quae tu de navigio submarino scripsit: quae valde probo. Addere velim me, si memoria non fallit, legisse in «Eucharistico», quod est carmen Aloisii Lucesole poetae Argentiniensis a iudicibus certaminis Hoeufftiani anno 1932 laude ornatum, «navim subaequoream». Quod etsi poetice quodammodo sapit linguam, tamen satis lepidum esse neologismum credidi ut tibi notum facerem.

Perpendas quaeso reddine potest «Duffel-coat» (quod est genus paenu-lae cucullatae apud nostrates usitatissimum) «(paenula) Dufflaea» necne. «Duffel-coat» compositum est ex voce anglica «coat» = paenula, et «Duffel» quod est nomen oppiduli inter Antverpiam et Machliniam apud Flandros siti. Adjectivum «Dufflaeus» jam saeculo XVI usurpatum est. Notus est enim Kilianus Dufflaeus, lexicographus et poeta latinus (1528-1607) qui Duffulae natus erat. Carmina Kiliani anno 1880 Max Rooses Antverpiae iterum edidit.

* * *

Opto interea ut anno 1959 omnia tibi fausta eveniant. Pro viribus meis latinitati favere prosequar, etsi vereor ne nova opuscula ante mensem Augustum componere non possim: urgent alia studia.

Vale!

J. IJSEWIJN

Paenula Dufflaea omnino placet et *navis subaequorea* adhiberi quoque potest. De novandis verbis praecipua commentatione in proximum fasciculum agam, nihil igitur hodie doctissimo v. Ijsewijn respondeo.

MODERATOR

PER ORBEM

Studia classica apud Batavos. — Quanti Batavi studia classica in schola publica faciant, cognoscere lectores juvet. Nam Batavi, praeter scholas privatas, duplicis generis instituta habent, in quibus necessario sit tradenda lingua latina et graeca. Haec sunt Lycei (141 numero) et Gymnasia (numero 71). In Gymnasiis disciplinae classicae ita distribuuntur:

ANNI		HORAE	
		L. Lat.	L. Graeca
1.º		7	—
2.º		5	5
3.º		5	5
4.º		5	5
5.º	—A	7	6
5.º	—B	3	3
6.º	—A	8	8
6.º	—B	3	3
Summa	{ —A	37	29
	{ —B	28	21

Scholae pars —A alumnos praeparat qui litteras, jus, Theologiam sunt amplexuri, pars autem —B qui medicinam, scientias, jus.

Hagae Comitum (La Haye) invenies Lyceum «*Gemeentelijc Dalton Lyceum*», Lyceorum aliorum specimen et formam in quo parti —A 38 scholae linguae latinae, 25 graecae tribuuntur, parti —B 33 latinae, 20 graecae ab anno secundo, cum primus annus praevious censeatur.

Quae cum mente perpenderit nulla admiratione tenearis si commentarii MNEMOSYNE, in urbe Leidensi ab anno 1873, sine ulla intermissione edantur.

Primus Conventus Brasiliensis. — Ciceronis ab occisione anno MM recurrente, apud Brasilienses, Sancti Pauli congregatus est primus Conventus Brasiliensis cultui graeco et latino provehendo (1.º Congresso Brasileiro de Cultura greco-latina). Multa in eo conventu acta sunt eaque magni aestimanda si rerum pertractarum indicem perspicias:

«A Tradição Greco-latina e o Ocidente; A Tradição de Cultura e de Estudos Greco-Latinos no Brasil; O Estudo do Latim e do Grego no sistema Educacional Vigente; Renovação dos Estudos Latinos e Gregos; A Defesa das nossas Tradições de Cultura greco-latina; A situação do Professor de Latim e de Grego no Brasil; Da sobrevivência do latim; Da Metodologia e dos Programas de latim e de grego; Como e porque ensinar e aprender Latim no mundo moderno; A cultura religiosa e a cultura Greco-Latina; Povo, Democracia e Latim».

Qui ibi convenerunt memoriale scriptum confecerunt Rei Publicae Praesidi, Statuum Administris virisque ab actis Publicae Institutionis munere fungentibus exhibendum legendumque, quod memoriale in *Collectaneis* legas. Alter conventus mense julio a. 1961 in urbe *Belo Horizonte* congregabitur.

Olyssipone, claris viris id optantibus agentibusque, congregabitur

Conventus Internationalis studiis classicis fovendis.

Commentariorum quibus est index EUPHROSYNE —quorum alter fasciculus foras est emissus— Moderatores animum induxerunt *Corpus Lusitanum* et *Brasiliense* in lucem edere in quo Scriptores latini et Graeci primigenio sermone loquantur et lusitano. Quod corpus nomine *«Bibliotheca Euphrosyne»* insignietur.

Utrumque consilium —et Conventum internationalem et veterum scriptorum Corpus edendum— ut in felicem perducatur eventum vehementer optamus.

Qui utilitatem affectant, quamque secuti cultum classicum inutilem et prorsus reiciendum profitentur, haec inutilitatis argumenta libenter praebeo, quae cl. v. V. E. HERNÁNDEZ-VISTA in commentariis quibus est index ESTUDIOS CLASICOS promit.

Omnes Rudolfum HEUSS, foederalis Germaniae Praesidem noverunt, qui quidem —aliis utique egregiis viris adjuvantibus— Germaniam e voragine sustulit bellico furore dejectam. At non omnes fortasse tantum virum humanioribus litteris imbutum eorumque cultorem eximium esse noverunt. Sit sane casus! At id retinendum verum: virum humanissimum litteratissimumque gubernaculum magnae gentis inter scopulos sagacissime gubernasse.

Meministine quando cl. v. Haroldum MACMILLAN Britanniae rem publicam susceperit? Nonne eum de chao Suessiano deque aliis intestinis externisque rerum omnium periculis gentem suam eruisse recordaris?

Jam vero patre ortus litterarum classicarum doctore, Etonni Oxonique cultum humanum acceperat. Cum primo bello universali graviter H. MACMILLAN vulneratus esset integrumque diem a commilitonibus separatus permansisset, summo studio conquisitus, tandem in fossa pyrobolo aperta conditus, legens inventus est, legens vero Aeschylum in scripto primigenio. Sermonem quoque latinum impense colit et amat. Qui tamen cum Administer aedibus aedificandis esset, illud consilium tenuit atque perfecit 300.000 domuum aedificandi... Casus hic quoque fortunae?

Quibus tertium adde exemplum: WERNER HEISENBERG praeclarissimum esse inter viros qui physicam colunt nemo est qui ignoret. Fortasse tamen ignoras tantum virum esse doctoris linguae litterarumque byzantinarum et neolatinarum in Universitate Monacensi filium, eum gymnasiali illa classica institutione germanica imbutum esse, eum denique primam praecipuarum rei

physicae notionum visionem *Tymaeum* PLATONIS legendo hausisse... Qui etiam affirmat vix physicam atomicam aetatis nostrae coli posse quin naturalis Graecorum philosophia cognoscatur.

Id etiam exemplum? Esto. At fortunatae gentes ubi hi fortunatissimi fortunae casus saepissime possunt evenire!

Praemium Almae Romae cultoribus adeptus est Petrus DE FRANCISCI, quod praemium quotannis illustrissimis viris tribuitur. En quam inscriptionem Raphaëlis SANTARELLI in numismate sit insculpta: «PETRO DE FRANCISCI/ ob romani juris historiam/ subtiliter inquisitam luculenter expositam/ doctorum hominum laudem consecuto/ in Studio Urbis olim Rectori Magnifico/ eximie ibiden annos plurimos docenti/ S. P. Q. R./ votis libentissime accedens/ Moderatorum Instituti Romanis Studiis Provehendis/ nummum aureum/ delecto cuidam ex Almae Urbis cultoribus/ quotannis praemio constitutum/ viro clarissimo censuit decernendum.

XI Kal. Maias anno Domini MDCCCCLVIII/ ab Urbe Condita MMDCCXII.

Certamen Capitolinum X. — Nemo hoc anno primum in Certamine Capitolino praemium tulit. At praemium secundum ex aequo distributum est cl. v. Alberto ALBERTANI (qui olim praemium maximum tulerat) ob commentationem cui est index *Syracusae Captae*, Aldo BARTALUCCI qui scripsit: «*Sermocinatio matutina*», Joanni PETROLI qui haec attulit: *Qua ratione quibusque artificis quaedam mihi nota animalia hominesque sibi victum apparent.* Mentionem honorificam meruerunt Dionysius ALTAMURA, J. MORABITO, Olyndus PASQUALETTI, Felix SANCHEZ VALLEJO, S. J. — Amicis ob meritam laudem gratulamur ex animo.

Ad certamen capitolinum XI omnes omnium gentium viri latinitalis studiosi invitantur, cujus exitus, ut mos est, a d. kal. Mai. a. MDCCCLX renuntiabitur.

E vita decessit m. majo MDCCCCLVII cl. v. Carolus THEANDER, in Universitate Holmiensi (Stockolm) magister graecarum litterarum cultor egregius.

JACOBUS SIDERA, C. M. F.

COLLECTANEA

Legite, si libet, hoc memoriale a primo Conventu Brasiliensi cultui graeco et latino provehendo a clarissimis viris magnae florentisque gentis summis rei publicae moderatoribus propositum:

• Reunidos em cinco sessões de estudos e debate em torno a doze teses oficiais, no auditório da Biblioteca Municipal de São Paulo e no salão nobre da Faculdade de Direito da Universidade de São Paulo, de 17 a 21 de Julho de 1958;

Provindo dos mais diversos e longínquos pontos do território brasileiro: Rio Grande do Sul, Santa Catarina, Paraná, São Paulo, Estado do Rio, Distrito Federal, Minas Gerais, Goiás, Mato Grosso, Espírito Santo e Pernambuco;

Apoiados, outrossim, pelas adesões de centenares de estabelecimentos de ensino e professores dos mencionados estados e outros;

Os integrantes efectivos de I Congresso Brasileiro de Cultura Greco-Latina pedem vénia para apresentar, em resumo de suas conclusões gerais, os seguintes resultados apurados:

1. — Há no território nacional uma quantidade de brasileiros que se interessam pelo estudo do latim e do grego e que desejam seja esse ensino ministrado a seus filhos;

2. — Não há, em absoluto, essa espécie de ansiedade apregoada ou insinuada pela proscricção de latim e do grego e seu banimento, claro ou disfarçado pelo carácter de facultativo;

3. — Em todas as nações de civilização ocidental, o latim e o grego jamais deixaram de ser ensinados, com os proveitos e os frutos que lhes são intrínsecos;

4. — A base verdadeira e real da ciência profunda, e não da pura técnica imediatista e pragmática, reside no conhecimento efectivo desses idiomas, dotados de maior poder formador;

5. — O curso de nível secundário é un todo armónico e um organismo cuja função é fabricar um homem, um elemento socialmente humano, e, como tal, seja qual for a carreira que abraçar de futuro o educando, sem a devida capacidade de escolha, deve ser amparado pela experiência sensata dos organizadores de currículos e programas, os quais, em nome de simplificações demagógicas, não devem e não podem privar a formação dos futuros brasileiros do seu principal elemento — a cultura greco-latina;

6. — Os currículos ginasiais devem ser enriquecidos de aulas diárias de

língua latina e da vernácula e, quando possível, seja um só e o mesmo o mestre destas duas disciplinas, apontando-se então um caminho médio para o aprendizado e ensino do grego e do latim pela sua fusão e interpretação:

7. — Os processos, os livros didáticos variados e exactos, as exercitações, os elementos de motivação são recomendados, quais exigências indispensáveis e indiscutíveis, para a modernização».

(*Vide Commentarios quibus est index EUPHROSYNE II (1959)*)

Sub indice qui est «A Scuola: latino sì, latino no?» egregius vir litterarum latinarum cultor, Rdmus. Dnus. Antonius Bacci, a Luciano Santarelli inductus, in commentariis hebdomadariis «ORIZZONTI» inscriptis, anno XI —n. 8— 22 febr. 1959, ita de quaestionibus magni momenti quae ad latinatatem spectant, disserit.

1) *Dobbiamo abolire il latino?*

Prima di tutto, abolire il latino nel senso di fare un'unica scuola media senza latino, penso che sarebbe un danno gravissimo, anzi, sarebbe un assurdo perchè si toglierebbe il fondamento naturale, storico ed artistico della letteratura italiana. Non si può gustare pienamente Dante se non si conosce prima Virgilio. Sarebbe come fare una costruzione senza prima gettare le fondamenta. Molto più utile sarebbe costituire due rami separati nelle scuole medie, uno con il latino e l'altro senza. Infatti non si può far perdere del tempo ai nostri ragazzi per tre anni ad esempio, a dei giovani che intendono poi prendere una professione tecnica, è non già salire alla cultura universitaria con la relativa laurea. Quei tre anni di latino sarebbero per loro persi in modo quasi completo, in quanto per ben conoscere la lingua occorrono almeno otto anni di studio continuato. La migliore soluzione, però, è un'altra: penso che invece di fare due rami della scuola media (uno con il latino, l'altro senza) sarebbe meglio tornare all'antico sistema del ginnasio, liceo e università —naturalmente con il latino— per coloro che vogliono acquisire un'alta cultura. Invece le scuole tecniche, normali, ecc. —senza latino— come era del resto una volta, dovrebbero essere riservate a coloro che si avviano ad un diploma inferiore. Essi così non perderebbero inutilmente anni preziosi, che potrebbero de-

dicare ad un maggior approfondimento delle specifiche materie professionali.

2) *Ritene il latino fondamentale per una perfetta conoscenza della lingua italiana?*

Quando Carlo V fu incoronato Imperatore, Romolo Amaseo, forbito latinista e accanito ciceroniano, nella sua celebre concione latina non si peritò di affermare con quel suo stile tribunitio, che soltanto l'antico linguaggio di Roma era capace di esprimere grandi pensieri, e che la lingua volgare andava bene soltanto per l'uso degli «osti». Esagerazione? Certamente. Ma non vi è minore esagerazione nell'atteggiamento di coloro che, oggi, pur trovandosi in posti di responsabilità, vorrebbero ridurre a zero, o a poco più di zero, l'insegnamento del latino nelle scuole, giudicandolo un gravame inutile, una cosa morta che angustia e tormenta la mente vivace degli scolari e a cui, perciò, si dovrebbero sostituire nozioni più interessanti la vita e l'attività moderna.

Ora, come è vero che nel secolo XV e soprattutto nel secolo XVI vi fu un gruppo battagliero di umanisti che sognarono il ripristino di una antica lingua imperiale ed universale, che doveva soppiantare tutti i «vernacoli» nazionali, lingua che non poteva essere che quella di Roma, anzi quella di Cicerone (esagerazione questa che andava contro la storia ed il progresso dell'umanità),

così non sono meno dannosi ed esagerati coloro che vorrebbero tagliare i legami indissolubili che uniscono la civiltà moderna al pensiero, all'arte, alla letteratura di Atene e di Roma. I primi, per conservare intatto il glorioso ceppo latino, volevano recidere i germogli derivanti da esso, germogli che ci hanno dato Dante, Shakespeare, Victor Hugo, Goethe; i secondi, invece, per conservare e dare maggior vita a questi germogli linguistico-letterari, da cui essi attingono la linfa vitale. I primi erano dei sognatori che volevano tornare indietro nella storia, i secondi sono dei praticisti superficiali che non sanno apprezzare nella vita che il cemento armato a scapito della poesia, il tecnicismo a scapito del pensiero, la meccanica a scapito dell'arte.

3) *Qual'è miglior metodo di insegnamento del latino nelle nostre scuole?*

A mio avviso, oggi si impara poco il latino, in quanto nelle nostre scuole si insegna più l'erudizione latina che il latino. Occorrerebbe al contrario insegnare il latino in modo più pratico; quindi non troppe sottigliezze sintattiche, filologiche e critiche dei testi, sproporzionate spesso alla capacità dei

giovani e più adatte allo sfoggio professorale degli insegnanti; attualmente si carica spesso eccessivamente la mente vivace e dinamica dei giovani di cognizioni che non possono essere afferrate ed assimilate, e che creano quindi piuttosto l'odio che non l'amore del latino. Le menti dei giovani «non sono dei vasti da riempire —come dice Plutarco— ma delle fiaccole da accendere. E' necessario, quindi, aumentare l'insegnamento pratico del latino, farne gustare la maestosa bellezza e mitigare l'erudizionismo commisurandolo e proporzionandolo alla mentalità dei nostri giovani».

4) *Il latino può far fronte alle esigenze della lingua moderna?*

Certamente, e nell'attuale caos internazionale, può persino contribuire ad agevolare i rapporti fra i popoli, ma per far ciò è necessario arricchire il «lessico» latino, che è rimasto indietro di oltre un secolo. Gli antichi romani non potevano conoscere le invenzioni del moderno progresso, i molti «modi di dire» della lingua parlata, nè conoscevano certe sfumature ed atteggiamenti del nostro pensiero.

Collegit JACOBUS SIDERA, C. M. F.

BIBLIOGRAPHIA

Atti dell'Accademia Proporziana del Subasio-Assisi. — Miscellanea Proporziana. Serie V N 5. A cura del 1° Comizio (Arti - Lettere - Scienze).

Litterarium mnemosynon, adventente bis-millesimo anno a Sexto Propertio, poëta nato, de amore Assisi: en tibi hujusmodi fasciculi propositum. Octo autem lucubrationes hac ratione tibi repertes. L. Alfonsi: *La prima Elegia del 1 Libro di Propertio* (pp. 7-20). E. A. Barber: *Six conjecturae propertianae* (pp. 21-24). P. J. Enk: *De vero Propertii erga Cynthiam amore* (pp. 25-30). J. Hubaux: *Parthenius, Gallus, Virgile, Properce* (pp. 31-38). G. Jachmann: *Versus Coae vestis* (pp. 39-48). U. Knoche: *Gedanken und vorschlaege zur Interpretation von Propertzens, Gedicht 2, 28* (pp. 49-70). E. Paratore: *De Propertio Vergiliani carminis indice* (pp. 71-81). N. Terzaghi: *Il Paraclausithyron di Propertio* (pp. 83-106).

OVIDE. — *Les Tristes, Les Pontiques, Ibis, Le Noyer, Halieutiques.* Traduction nouvelle avec una introduction et des notes par ÉMILE RIPERT. Classiques Garnier. Éditions Garnier Frères, 6, rue des Saints Pères, 6, Paris.

Tria alta volumina, eaque solida, de inclito poëta Ovidio in vulgus jam edita sunt a domo editrice «Garnier Frères», parata vero a litteratissimo viro Aemilio Ripert, Facultatis Litterarum in Universitate Massiliensi professore. Ea autem volumina sunt: «Les Héroïdes, Les Fastes, Les Amours», quae Corpus «Classiques Garnier» mirifice ornant. Quo de litteris classicis latinis, in primisque de poëta Ovidio, bene meritus est nobilis scriptor.

Hoc porro in volumine criticum textum Publii Ovidii Nasonis Tristium inventes, seu quinque elegiarum libros (pp. 1-213); insuper quattuor librorum epistularum textum Ex Ponto (pp. 214-411); et carmina Ibis (pp. 412-449), Nux (pp. 450-461), Halieutica (pp.

462-469), una cum unuscujusque gallica interpretatione

Opus autem locupletatur multis grammaticis, poëticis, historicis, geographicis, palaeographicis notis (pp. 471-561). In praefatione denique (pp. I-XV) diserte loculenterque de re ab erudito Professore Ripert disseritur, ut librum maximae quidem aestimationis cultoribus latinitatis facile reddatur.

PHILOPONUS, C. M. F.

JOHANNES GOETTE. — *Vergil - Aeneis und die Vergil-Viten.* Lateinisch Deutsch. Im Ernst Heimeran Verlag. 1958. Tusculum-Buecherei.

Solidum hoc volumen tanquam duobus potius operibus constare dicas: hinc textum latinum, eumque accuratissimum totius Aeneidos Vergilianae, una cum germanica ejusdem translatione, a praeclaro Professore Joanne Goette exarata (pp. 6-559); hinc vero collectionem vitarum Vergilianarum, cum antiquitatis tum medii aevi scriptorum, ab inclito scriptore H. Bayer, et latine et germanice scite editarum (pp. 560-988),

Nominum autem propriorum index (pp. 989-1062) densissimus magnique laboris atque ingenii argumentum; cujus quidem opera historia, geographia, sociologia perquam lectori facilia redduntur.

Non nulla praeterea afferuntur de libri Aeneidos compositione (pp. 1063-1064); de figuris inibi et comparationibus (pp. 1064-1067); de Aeneidos chronologia (pp. 1058-1070). Propositum vero atque ratio et via clarissimi auctoris, hoc in opere parando, superiore in voluminis plagula (p. 1071) cursim commonstrantur. Synthesis denique hujusmodi eruditissimi libri sic ab auctore in indice constituitur: «Aeneis, Vergilviten, Testimonia, Ex Scholiis, Anhang».

Pristinus Aeneidos et Vergilianarum vitarum textus, novae translationes una cum so-

lido densoque iudicio critico, codices, indices rerum, personarum, Mythologiae: nihil omnino in hoc opere desideratur a cultissimo quoque in cognitione Vergilianae; quod quidem in magna laude ponendum.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

HJALMAR FRISK. — *Griechisches Etymologisches Woerterbuch*. Lieferung 8. Indogermanische Bibliothek, II. Reihe - Woerterbuecher. Heidelberg, 1959. Carl Winter - Universitätsverlag.

Continenter in lucem eduntur fasciculi huiusmodi nobilis etymologici graeci dictionarii, a praeclarissimo Professore H. Frisk digesti atque dispositi. Hic octavus est fasciculus, a vocabulo *θησαυρός* ad vocabulum *καλύπτω*, a pagina vero 673 ad paginam 768 procedens.

Opus certe dignum, quod in «Indogermanische Bibliothek» appareat, quodque ulli cultorum litterarum humanorum bibliothecae non desideretur.

M. LEKEUX O. F. M. — *El arte de orar*, versión del francés por F. Gutiérrez, p. 308, Herder, Barcelona, 1959.

Bene orare, sine vitupanda consuetudine et lassitudine, cum animi simplicitate, fiducia, perseverantia quot homines id assequuntur? Quot ne unum quidem temporis punctum in orationem insumunt. Et qui orant quam minimam partem horae cum Deo colloquuntur! Certe scimus praesentem vivendi celeritatem, quam plurimis officis negotiisque distentam, maximam diei partem ad extra agendum arripere et postulare; sed compertum quoque habemus quam multi homines rarissime et pessime, cum id faciunt, Deum precantur. Vel religiosi quidam virti non desunt qui externa agendi sollicitudine compulsi a pitis exercitiis pretiosum tempus distrahant.

Auctor operis nos admonet orationem sua natura, sepositis commodis et externa utilitate, primam agendi virtutem, primam perfectionem, primum hominis officium esse. Nos meminisse oportet, ut ait auctor, male precandi calamitatem saepissime pendere a falsa illorum opinione qui nihil aliud quam utilitatem in oratione contemplantur. Quam ob rem

nihil mirum est ut alii nimis extra agendo dediti contemplativarum facultatum vim parvi pendant, alii contra qui eam pluris aestimant, optimum orandi modum non assequuntur cum male huic operae sese accingant aut recte eam minime intellegant. Quam multi tantum Deum precantur cum metu aliquo laborant vel animi aliqua aegritudine quibus a Deo se levati posse opemque Deum ferre recordantur.

Liber in quinque partes dividitur: I *Considerationes de re generales*: nonnulla itis qui parvi aestimant orationem, quare homines orare nesciant, quid ad optimam orationem faciendum, quid sit orare (p. 15-73); II *Oratio ut colloquendi modus*. quo modo precandum, quo pacto dies cum Deo ducendus, oratio ut colloquium (p. 76-131); III *Oratio vocalis*: privata oratio publica (p. 157-190); IV *Meditatio*: meditandi necessitas, quo modo facienda meditatio, oratio ad mores in melius reformandos (p. 193-248); V *Oratio affectiva*: introitus ad orationem affectivam, Amicus Divinus, oratio affectiva, oratio simplicitatis (p. 251-308).

Pater Lekeux optima instituta et viam scholae franciscanae spiritualitatis secutus, simplici dicendi genere utitur, interdum acri vehementique quo lectoris animum arripit atque incendit ad Deum in oratione pure sincereque inventendum. Communitates religiosae, sacerdotes, fideles ex hoc mirando volumine, cum legerint, utilissima monita consiliaque ad bene precandum accipient.

M. MOLINA, C. M. F.

UNIVERSITÀ DI GENOVA, Facoltà di Lettere.
— *Serta Eusebiana*, Miscellanea Filologica. Istituto di Filologia Classica, 1958.

Quattuor breves lucubrationes, inter se valde dispares, hoc libello continentur, qui scilicet est «Miscellanea Filologica». Litterarum classicarum magistra, Adriana della Casa, «Serta Eusebiana» lepide contexuit (pp. 13-26): tanquam monographiam de vita et opere litterario philologico Doctoris Friderici Eusebio, in Universitate Genuensi olim Litterarum latinarum praeclari Professoris.

Tum inseritur thesis ad lauream brevissimis additis notis, a magistra Maria Joanna Delfino concinnata (pp. 27-86). En ejusdem

inscriptio Italica: *Il problema dei rapporti linguistici tra l'osco e il latino*. Alia vero lucubratio exarata est ab egregio doctore Vincentio Longo, cui titulus: *Premessa al problema della composizione del «Memorabili»: Lo «Scritto di difesa»* (Mem. I, 1-2) e *il templo dell'Apologia Senofontea*. Denique Professor Augustus Traversa concinne de non nullis ineditis papyris corporis Genuensis disserit (pp. 115-124). Lucubrationis inscriptio haec: *Alcuni papiri inediti della collezione genovese*. Luculenter hoc cetera Instituti Philologiae Classicae opera in Universitate Genuensi et auget et ornat.

A. MARQUÉS, C. M. F.

Vox. — *Diccionario enciclopédico compendiado*, tres vol. Publicaciones y Ediciones SPES, S. A. 3.810 pág. Barcelona, 1958.

Ut ex indice «Diccionario enciclopédico compendiado» patet, hoc opus lexicon linguae hispanicae simul atque disciplinarum omnium quaedam complexio exstat.

Quod ad lexicon generale spectat, iudicandi vis et sententiae in re lexicographica et grammatica religiose observantur quibus in exarandis vocabulariis linguae hispanicae aliarum linguarum haec domus editrix iure meritoque honestatur. Neque ab Editoribus praetermissa est etymologia verborum, quae eisdem comprehendendis et definiendis magno opere congruit; et ut quam maxima utilitas percipiatur, praecipuis vocibus hispanicis itemque gallicae, italicae, anglicae, germanicae sunt adjunctae.

Si de his quae tribus voluminibus continentur rationem habemus, neminem tuius huiusmodi opus non offerri viris in unaquaque humani cultus disciplina versatis sed iis qui in universum aliquam rei notitiam acquirere appetunt; nam Editores non obliviscuntur cujusque disciplinae artem et rationem amplissima lexica requirere quae plurima volumina complere valeant.

Summa ergo opera data est ut ad omne disciplinarum genus in hoc vocabulario contineantur voces vel illae quoque indolis et rationis technicae, quibus hominum recentiorum cupiditates sciendi satientur atque expleantur. Quae ut assequerentur, ii qui in

opus exarandum enixe incubuerunt, ex una parte fusius conscripserunt articulos de nonnullis rebus et disciplinis, ut de astronomia, iure, medicina, arte nautica, piscium captura, arte pingendi, religione, theatro geographia, cinematographeo, vestibus ceterisque magni momenti et usitatis rebus; ex altera vero parte spatium paginarum scite constringendo quam plurimas voces scientificas, clarorum virorum biographias, res gestas, ceteraque in vocabularium redegerunt.

Opus tribus voluminibus, quae 3810 paginis constant, continetur; charta majore (26 x 175 cm.) excusa, pulcris typis et charta quae «PRINTING» dicitur, linteo contexta et corio in tergo, 300 imaginibus impressis, 300 picturis adumbratis quae ad physica et artes spectant, 50 figuris nigro colore depictis, 23 figuris versicoloribus, 25 chartis geographicis volumina decorantur.

Vocabularium lectoribus PALAESTRAE LATINAE commendare non dubitamus, cum opus inesse perutile putemus in loculis non tantum publicae sed etiam privatae bibliothecae; opus enim commodo haud parvo erit scriptoribus, professoribus medicis, juris peritis, machinatoribus, architectis, ephemeridum et commentariorum scriptoribus ceterisque. Ab archaeologia classica usque ad physica quae nucleorum audiunt, rite probatam et confirmatam cujuslibet rei notitiam, prout novissima disciplinarum inventa et progressus exigunt, in hoc vocabulario facile inventes

M. MOLINA, C. M. F.

L. ALONSO SCHÖKEL, S. J. — *«La formación del estilo, libro del alumno»*, 2.^a edic. Editorial «Sal Terrae», Santander, 1958, p. 312.

Clarissimus Professor P. Alonso Schökel opere de recte instituendo stilo, cui index hispanicus «La formación del estilo», uberrimum animis mandavit semen ut ita dicam studii ac sollicitudinis ad novandam antiquam viam et rationem qua Institutio stilistica et rhetorica olim in scholis litterarum discipulis a magistris tradebatur.

Quos discipulos in primis ante oculos habens, Professor Schökel vulgatum voluit «Librum alumni» cujus alteram editionem

laeto gratoque animo nuntiamus. Auctor numerum fragmentorum ex optimis scriptoribus hispanicis excerptorum magnopere auxit et subtilissimis explanationibus stilisticis munit et illustravit, quae maxime cum alumnis tum magistris utilitati erunt. Quos commentarios seu annotationes P. Schökel scripsit his progressibus innixus nuperrime in provincia recentioris Stilisticae, praesertim apud Hispanos, factis.

Il qui viam et rationem hujus clarissimi professoris in dubium adhuc revocare audeant, instituere tandem incipiant alumnos ad viam stilisticam libri hujus ope ineundam et ingrediendam et cum rem feliciter tentaverint delicatissimos fructus in scholis ex his experimentis certo accipient.

En voluminis materia: Meditatio praevia (p. 9-14), De verborum acervo alumnis acquirendo et ampliando (p. 15-23), De puro et castigato dicendi genere (27-64), De recto epithetorum usu (p. 65-67), De imaginibus (p. 68-83), De verbis seu locutionibus contrarie relatis (p. 91-104), De verbis seu locutionibus pariter conformatis et usitatissimis (p. 105), De explicatione et interpretatione operis cervantini cui index «Quijote» ab H. Hatzfeld exaratis (p. 109-119), De numerosa verborum conclusione (p. 119), De stilo descriptivo (p. 125-200), De stilo narrativo (p. 205-236), De dialogo (p. 243), De modo exprimendi cogitata (p. 247-305).

Quam maximas P. Schökel gratias ob alteram hujus «Libri alumni» editionem habemus, librum et magistris et discipulis acceptissimum omnimur et ut aliis voluminibus id genus stilisticis nos iterum iterumque donare velit in posterum obsecramus.

M. MOLINA, C. M. F.

J. REY, S. J. — *Preceptiva Literaria*, 5.^a edición. Editorial «Sal Terrae», Santander, 1958, p. 262.

In collegiis ceterisque sedibus studiorum ubi litterae artesque liberales fortunate coluntur et humanitas magni penditur atque aestimatur, liber P. J. Rey quintum in lucem editus ampliores et altiores praebebit notitias

praecipuarum quaestionum quae a rhetoricis doctoribus de litterarum studiis agitantur.

Cui opus volutare placuerit, in duodecim libri capita: c. I *De aestheticae notionibus*: artes liberales, poësis, litterae, aesthetica, pulcritudo, pulcritudini affinia et convenientia eique discordia et contraria, artis peritus ejusque dotes seu facultates (p. 7-22); c. II *De notionibus in studiis litterarum generalibus*: dicendi modus, ars praeceptorum ejusque nomina, sermonis litterarii dotes, poëtice dicendi genus, figurae, imagines, stilius, scholae seu sectae litterariae institutio stilistica (p. 23-54), c. III *De arte metrica*: poëtica et soluta oratio, numerus, versus faciendi disciplina, accentus, mora, caesura, vocum similis exitus, versus antiqui et recentes, versuum genera, strophae, versus liberi et soluti (p. 55-92); c. IV *De poësi epica*: heroum carmina, alta poëmata epica, carmen populi epicum ejusque formae minores (p. 93-110); c. V. *De poësi lyrica*: origo et incrementum, varia poëseos lyrica genera, lyrica populi (p. 111-130); c. VI *De poësi scaenica*: theatri origines, theatrum ut spectaculum et ut opus litterarum desumptum, traegodia, comoedia, drama recentius, opera scaenica minora, drama musticum (p. 112-156), c. VII *De fabula («novela»)*: fabula et poësis, fabulae (*novela*) et fabellae (*cuento*) origines et evolutio, plura fabularum genera (p. 159-166); c. VIII *De recta aestimandi et judicandi ratione* (p. 167 1/2); c. IX *De oratoria*: ars oratoria, oratio, sermo oratorius ejusque genera, rhetorica classica et orator recentior (p. 173-210); c. X *De historia*: historia classica, nostrae aetatis historia (p. 211-226); c. XI *De diariorum disciplina et ratione*: acta diurna et commentarii, periodicorum technica ratio, tentamina (*ensayos*), divulgandi et propagandi ratio, radiophonica diffusio (p. 227-242); c. XII *De operibus didacticis*: opera didactica litteraria, religiosa, mystica (p. 243-247).

Quaestiones breviter ut in doles operis pro alumnis postulat, sed prudenti et subtili eruditione tractantur atque explicantur. Quo aptius et accuratius respondeant alumni, extremo cuique capiti brevis interrogationum index adjungitur qui omnibus maxime erit utilitati.

M. MOLINA, C. M. F.

ARVANI (AUER WILHEM). — *Carmina selecta*. H. Laupp jr., Tubingae, 1959.

Nuperrime Tubingae (in Germania) apud H. Laupp jr. novus carminum latinorum liber prodit cui titulus «Carmina selecta Arvani». Auctor Vellelmus Auer, qui latine Arvanum audit, curio Windsbachensis emeritus, ex ingenti operum latinorum copia hucusque inedita 75 poemata religiosa selegit et, juvante Doctore Clemente Plassmann, evulgavit. Cetera, si alterum editorem reperiat, mox in lucem dabit. Carmina simplici nudoque sermone conscripta sunt ut etiam ab iis, qui linguam latinam minus calleant, facile intellegi possint. Librum, qui sex marcis Germanicis venit, omnibus latinistis cultoribus valde commendamus.

J. IJSEWIJN.

J. REY, S. J. — *Verbum Dei*, manual teórico-práctico de predicación, 5.^a edición, Editorial «Sal Terrae», Santander, 1958, p. 279.

Neminem latet in quot quantisque periculis de recta via deflectendi Sacra Verbi Dei praedicatio versetur. Quocirca instantia Ecclesiae monita et crebra animadversiones tum Summorum Pontificum tum Episcoporum ore prolata ut juvenes sacerdotum ineuntes quam accuratissime jam inde a primis curriculum annis instituatur in iis quae ad idoneum sanctumque praedicandi munus atineant.

Nihil igitur mirum ut Praesules Hispani in nova pro Seminariis constitutione scholam oratoriae sacrae decreverint atque instituerint.

Quam institutionem ut clerici facilius assequantur, hoc volumen cui titulus «Verbum Dei» jam diu exaratum denuo in lucem quantum vulgatur. In eo conficiendo auctor explanationibus, quas ad alumnos in hujus modi scholis habuerat, jugi experimento fretus, usus est. Neque necessarium ducimus animadvertere auctorem e primis eisque genuinis fontibus exhaustisse doctrinam sacrae dicendi disciplinae ut semper Documenta Pontificia, Patrum sententiae, traditiones ecclesiasticae rite et religiose observentur, quin etiam accedere praeteriret ad maximos nobilissimosque

antiquitatis classicae magistros, ad scitas regulas et praecepta apud eos inventienda quae aptius indoli oratoriae sacrae accommodarentur.

En quinque in quos dividitur libros totius operis: Liber I *De oratore sacro*: summae praedicationis notiones ejusque finis; praecognitiones naturales et supernaturales dotes (p. 9-54). Liber II *De quibus rebus et fontibus in sacra oratoria agatur*: libri Sanctarum Scripturarum ut praecipui praedicationis fontes (p. 55-117). Liber III *De modis seu generibus praedicationis*: oratio homiletica, moralis, dogmatica, apologetica, panegyrica, exercitia spiritualia (p. 119-193). Liber IV *De oratione*: utrum orator ex tempore an ex memoria dicturus sit. quo modo conficienda oratio, quis in dicendo modus seu stilus adhibendus (p. 195-231). Liber V *De declamatione*: praecipuae declamationis regulae et praecepta; de voce et actione oratoria.

M. MOLINA, C. M. F.

OTT, LUDWIG. — *Manual de Teologia Dogmática*. Traducción por Constantino Ruiz Garrido. Revisión por Monseñor Miguel Roca Cabanellas, 752 páginas, Editorial Herder, Barcelona.

Manualis hic Theologiae Dogmaticae liber est tanquam maturus fructus cottidianae exercitationis et laboris in alumnos edocendis. Atque id modo quam clarissimo et brevissimo summam doctrinae catholicae adhibet, ejusdemque fundamenta in revelationis fontibus.

Tota quidem sacra disciplina theologica aptissimo tenore, idque hodierna via atque ratione, a praeclaro Professore L. Ott explicatur. In unaquaque autem quaestione, et declarationes magisterii ecclesiastici potiores, et nonnulli ex biblicis textibus ponderosiores, et aliqui tandem patristici textus rite afferuntur.

Dogmatum vero evolutio, quantum opus est ad plenius catholicam doctrinam capesendam, explicatur atque exploratur: res penitus perspectas, etsi facili brevique sermone agitatas, ibi reperies. Plurima hinc inde Divi Thomae Aquinatis testimonia ad id maxime vertunt, quod studens sacrae Theologiae in provinciam «speculativam» incursus bono quidem omine faciat.

Selectio autem bibliographica copiosa admodum, in qua novissimae rei editiones neutiquam desiderantur. Paucis, opus hoc nobilem illam «Bibliothecam Herderianam» luculente nobilitat, cujus sane undetrigesimum volumen attingit.

A. MARQUÉS, C. M. F.

COPELSTON, FREDERICK. — *Filosofía Contemporánea*. Estudios sobre el positivismo lógico y el existencialismo. Barcelona, Editorial Herder, 1959.

Tanquam praecipuarum quaestionum hodiernarum in provincia Philosophiae nostrae aetatis est hoc lepidum atque solidum volumen, a claro professore anglico F. Copleston exaratum, in hispanicum vero ab inclito viro Eduardo Valentí Fiol conversum.

Nitidum quoddam interest discrimen, in evolutione nostrae hujus aetatis philosophica: hinc angli philosophi, hinc autem galli, germani itaque. Ex quo aptius elucubrationes, in hoc volumine, duas in sectiones dividuntur. En tibi operis index generalis:

1. *La filosofía británica contemporánea* (pp. 13-50). 2. *Reflexiones sobre el positivismo lógico* (pp. 51-78). 3. *Nota sobre verificabilidad* (pp. 79-92). 4. *Otra nota sobre verificabilidad* (pp. 92-103). 5. *Función de la metafísica* (pp. 103-126). 6. *Ver y pecararse* (pp. 127-140). 7. *Significado de los términos que se predicán de Dios* (pp. 141-162). 8. *La persona humana en la filosofía contemporánea* (pp. 163-194). 9. *Existencialismo. Introducción* (pp. 195-228). 10. *El existencialismo teísta* (pp. 229-268). 11. *El existencialismo ateo* (pp. 269-306). 12. *Examen crítico del existencialismo* (pp. 307-344)

Opus amplissimum quidem vis intellectivae ambitus, ubi Maritain, Lavelle, Le Senne, Mounier, Marcel, Sartre, Camus, Jaspers, Berdiaev objective prosus ab auctore in trutinam revocantur. Quasi digito eorundem postulatum philosophicorum argutiae notantur, sed virtutes humanae et laudes etiam significantur et ponderantur atque progressus quos in cursu historiae Philosophiae praesentis invexerunt. Etsi non nullae quaestiones indolis sunt technicae, earum vero intellegentia

non summam certe postulat consuetudinem et cognitionem de rebus philosophicis.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

JOHN M. TODD. — *Las fuentes de la Moral Symposium católico*. Traducción española de Eduardo Valentí. 409 págs. 14'4 x 22'2 cm. Rústica, 120 pts. Barcelona, Editorial Herder, 1958.

Hujusmodi libri capita «Relationum instar» sunt, in coetu habito nobili in coenobio benedictino ad «Downside», hebdomada vero insequenti festo Paschatis, anno 1955.

Opus autem hoc, potius quam collectio disputationum a multis scriptoribus, iisque peritissimis, exaratarum liber est Actorum consessus, ubi plurium concertatio moralium quaestionum evoluta est. Eodem quippe animo liber offertur lectori, quo editus est: ipse et invitatur, qui disciplinae moralis disceptationibus intersit.

Inter clarissimos viros qui «Symposio» adstiterunt, plures connumerantur monachi Abbatiae «Downside», et professor Philologiae classicae in Universitate Liverpoolensi, et professor Juris internationalis in Universitate Londinensi... Inscriptiones autem vel tituli non nullarum lucubrationum maximum ex se argumenti momentum detegunt, ut: «*Influencia histórica de los griegos y romanos sobre la moral católica*»; «*Moral y psiquiatría*»; «*El problema del maestro*»; «*El problema sexual*»; «*La moral en las sociedades primitivas*»; «*La moral budista*», cet.

Quattuor commodum et viginti articuli librum apte exstruunt, qui sub his capitibus in unum rediguntur: *Influencias históricas - Contribución de las ciencias auxiliares al concepto y práctica de la Moral - Problemas morales concretos - Las morales exteriores a la Iglesia*.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

E. CUROTTO. — *Dizionario della Mitologia Universale*. Società Editrice Internazionale, Torino, 1958, pag. 488.

Opus maximi momenti et amoenitatis, cui parando et exarando auctor, in disciplinis classicis maxime expertus, antiquitatis cum

graecae tum romanae usu peritus et in Universitate Genuensi eximius Professor, quamplurimos annos operam dedit.

Consilium, quod animo clarissimus vir E. Curotto in hoc opere agitavit, permagnum sane atque laudandum, praesertim vero cum praecipuas notitias quamplurimarum Mythologiarum totius orbis comprehendere studuerit: Graeciae nempe et Romae. Asiae Orientalis et Mediae populorum doctrinae mahometanae sectantium, Aegypti et Africae, Etruscorum, Celtarum, Germanorum, Slavorum et Scandinavorum, Americae praecolumbinae, ceterorumque orbis hominum primitiviorum.

Luculentissimo et scitissimo prooemio Lexicon praemunitur, quo clarissimus Professor E. Curotto de statu in praesens Mythologiae et de praecipuis quaestionibus quae in primis ad fontes attinent, stricte et quasi summatim, sapienter agit.

Opus finitur perampla bibliographia quae, iis qui penitus rem callere cupiant, haud parvae erit utilitati. Praecipuarum vocum notitia mentione fontium ad calcem plerumque roboratur. Accurata forma et arte typographica, elegantissimis tabulis et figuris quibus vocabula illustrantur, ceterisque rerum adjunctis, liber se ipse satis commendat, adeo ut in bibliothecis virorum studentium ac doctentium et in bibliothecis cum publicis tum privatis pulcherrimum et utilissimum sit ornamentum.

M. MOLINA, C. M. F.

SOLTERO GONZÁLEZ, CARLOS. — *El «Apéndice Virgiliano»*. Universidad Católica del Ecuador. Publicaciones del Instituto Superior de Humanidades Clásicas. Editorial Clásica, Quito · Ecuador, 1956.

En tibi lucubratio ex illis, quae «Thesis Doctoralis» nomine in praesentiarum veniunt: opus quidem maximi conatus, idque ingenio acri, qui laurea litteraria erat donandus, perfecit. Juveni huic latinitatis cultori, claro viro Carolo Soltero González, in Universitate Aequatoris Rei publicae Catholica laureato, totis certe viribus plaudimus. Quod bene eidem vertat modo, moxque uberrimos bonarum litterarum fructus faciat.

Tanquam historia et critica, cum internam tum externa, «Appendicis Vergilianae» hic liber. De re adhuc bibliographia manet ingens — de quadrigentis fere libris articulisque superioribus sexaginta annis in lucem editis agit auctor — quam apprime novit atque callere videtur.

Ex adjunctis rite ab scriptore perpensis, ea una poemata, in editione a nobilissimo professore Vollmer exarata, in trutinam revocant, excepta elegia in Maecenatis mortem. Hac quippe ratione: «Culex, Ciris, Copa, Moretum, Dirae — Lydia, Priapea, Catalepton, Aetna».

Hoc vero tenore opus explicatur: I. *Trascendencia del estudio del «Apéndice»* (pp. 1-15). II. *Proceso histórico del Apéndice* (pp. 6-19). III. *Criterios empleados en el estudio del Apéndice* (pp. 20-35). IV. *Criterio de crítica interna* (pp. 36-55). V. *Necesarias eliminaciones en el Apéndice. Su falta de unidad* (pp. 56-59). VI. «Culex» (pp. 60-74). VII. «Ciris» (pp. 75-90). VIII. «Aetna» (pp. 91-107). IX. «Priapea-Epigrammata» (pp. 108-128). X. «Dirae-Lydia» (pp. 129-137). XI. «Copa» (pp. 138-143). XII. «Moretum» (pp. 144-152). XIII. *Otras composiciones* (pp. 153-157).

Judicio critico in primis usus interno «Appendicem», in «Conclusionem» (pp. 158-163), re utrumque exagitata, apocrypham fere aestimat: non nullos versus ex «Catalepton» authenticos dumtaxat ducit. Bibliographia adhibita in conficiendo opere copiosa et selecta (pp. 164-172).

ILDEPHONSUS GONZÁLEZ, C. M. F.

A. BLANCO FREIJEIRO — *Arte Griego*. Biblioteca Archaeologica. Instituto Español de Arqueología. Consejo Superior de Investigaciones Científicas. Madrid.

Hoc scito volumine «Institutum Archaeologicae Hispanicum» seriem orditur textuum, lucubrationum et monographiarum de rebus ad artem, ad archaeologiam, ad historiam spectantibus, praesertim in Hispania. Eaque volumina alumnis in primis in Universitatibus et Institutis commodantur; quae quidem et lectoribus solidum animi cultum quaerentibus, magno emolumento erunt

Dispositio: I. *El arte creto-micénico* (pp. 3-18). II. *El arte griego primitivo* (pp. 19-24). III. *La influencia oriental y el arte griego orientalizante* (pp. 25-34). IV. *Los órdenes arquitectónicos y la arquitectura griega del período arcaico* (pp. 35-50). V. *La escultura griega del período arcaico* (pp. 51-70). VI. *La cerámica arcaica* (pp. 71-84). VII. *El arte clásico de la primera época* (pp. 85-124). VIII. *El arte clásico en la segunda mitad del siglo V* (pp. 125-182). IX. *El arte del siglo IV* (pp. 183-218). X. *La época helénistica* (pp. 219-248).

Bibliographia de re selecta eaque copiosa (pp. 249-252). Tabulae pictae, mira arte typographica expressae, hinc inde 153 admodum numerantur. Liber lectoribus a clarissimo Professore A. García y Bellido brevi praefatione praebet et commendatur.

Paucis, elegans, arte praeditum, ingenio elaboratum, merito commendandum opus, quod est velut initium et limen «Bibliothecae Archaeologicae».

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

JEAN LALOUP. — *Bible et classicisme*, édité par les Etablissements Castermann, Tournai, Belgique, 1958, pag. 302.

Neminem fugit quantum momenti in scientiarum provincia lucubrationes, quas comparativas vulgo dicimus, nostra aetate habeant. Idcirco Dnus. Joannes Laloup nobis quandam summam offert qua videre possimus magnam sententiarum discrepantiam inter homines biblicos et ethnicos in primis graecos latinos de summis rebus et cogitatis quae mundum, hominem, Deum spectant.

Opus in quattuor dividitur partes, quarum in prima homo graecus latinus ad Deum, hominem, mundum quod attinet, omnia in deterius refert deteriora semper exspectans, binis principiis seu rerum causarumque dualitati ignavus assentitur, dum homo biblicus omnia in meliorem partem interpretatur meliora semper praesagiens, uni rerum et causarum principio acquiescit. In altera parte in qua de historia, salute hominumque inter se commercio atque consortio agitur, homo ethnicus beatitudinem petit ambiguus, incertus, quasi sese fugare cupiens, tantum indole ma-

gica propriae industriae fretus, dum apud biblicos scriptores clarior in dies salus exsurgit unius tantum ope Redemptoris qui homines ad salutem perhumaniter invitat quique adjutricem operam hominum benigne ad salutem quoque suscipit. Tertia pars est de vita, de agendi ratione et sensu, de amore, de consuetudine seu commercio inter homines, de morte, de his demum rebus et vita quae post mortem futura est. In quarta operis parte nonnulla inferuntur morum disciplinam et juvenum institutionem spectantia ex discrepantia sententiarum inter homines biblicos et ethnicos.

Hoc opus lectori certus tutusque dux erit in quacumque disquisitione de fontibus historicis, unde praecipua nostra cogitata, quae ad hominem, mundum, Deum attinent, permanarunt.

M. MOLINA, C. M. F.

AMADO ALONSO. — *Materia y forma en poesía*. Biblioteca Románica Hispánica. Editorial Gredos. Madrid, 1955, p. 469.

Sub indice «*Materia y forma en poesía*» quo cultorum poëseos gratia animique captat, lectoribus praebet Bibliotheca Románica Hispánica opera quae A. Alonso, vir nobilis et in linguae cultura peritus, viginti novissimis annis adeo studiose et scite conscripsit antequam ipso litterae hispanicae luctuose et immature orbatae essent.

Volumen hoc quaedam exstat collectio complurium lucubrationum de variis argumentis litterariis, ut ex indice operis patet, quae uno quasi nomine et norma et tenore «poëtice videndi et agendi» apte inter se conjunguntur.

Ad lectorum et criticae poëticae cultorum notitiam titulos argumentorum, quamvis hispanico, praebeamus: *Sentimiento e intuición en la lírica* (p. 11), *Clásicos, románticos, superrealistas* (p. 21), *El ideal clásico de la forma poética* (p. 33), *El ideal artístico de la lengua y la dicción en el teatro* (p. 61), *Carta a Alfonso Reyes sobre la estilística* (p. 95), *La interpretación estilística de los textos literarios* (p. 107), *Vida y creación en la lírica de Lope* (p. 133), *Caducidad y perennidad en la poesía de Lope* (p. 165), *Karl Vossler*

y Lope de Vega (p. 180), Cervantes (p. 187), Don Quijote no asceta, pero ejemplar caballero y cristiano (p. 193), Lo español y lo universal en la obra de Galdós (p. 230), Estructura de las sonatas de Valle-Inclán (p. 257), El ritmo de la prosa (p. 301), La musicalidad de la prosa en Valle-Inclán (p. 313), Jorge Guillén, poeta esencial (p. 370), Estilos americanos (p. 379), Estilística de las fuentes literarias Rubén Darío y Miguel Ángel (p. 381), Paul Groussac, estilista (p. 398), Un problema estilístico de Don Segundo Sombra (p. 418) Alfonso Reyes (p. 429), Borges, narrador (p. 434), Desagravio a Borges (p. 450), Fiesta en noviembre, por Eduardo Mallea (p. 453), Puñado de cantares, por Eduardo González Lanuza (p. 460), Índice de nombres propios (p. 465), Índice general (p. 471).

Hae pagellae quibus et poësis et res poëticae explorantur atque perspiciuntur ad novas lucubrationes invitatur; scripta enim A. Alonso, quibus nomen et laudem inter primores provinciae linguisticae sibi acquisivit, praeter indolem, subtilitatem et accuratam rationem scientificam, ita mentibus legentium nova cogitata et res incipiunt ut in ditissima poëseos regione lectoribus plures novique prospectus pateant.

M. MOLINA, C. M. F.

G. COUTON. — *Corneille*. Collection «Connais-
sance des Lettres». 224 pag. Librairie A.
Hatier, Paris, 1958.

Inventes hoc in libro, cum personae tum scriptoris Corneille, luculentam notitiam: id est praesentem condicionem nostrarum de praeclarissimo scriptore tragico cognitionum, a claro viro Georgio Couton explicatam et enodatam. Jam vero auctor ibi disserit, idque data opera, de critico plurium et diversorum laborum studio, quibus ad amplissimum litteratorum aestimatio erga poëtam Corneille elata quidem est.

Prima sane synthesis ibi contextitur, quae adhuc in bibliographica provincia apparuit post editum illum «Corneille» librum jam pristinum clari scriptoris Lanson, anno 1898.

En autem materiei libri hujus aptatio: I. *Enfance et jeunesse* (p. 6-13). II. *De Mélite à la Place royale* (pp. 14-32). III. *Médée, L'illusion*

comique, Le Cid (pp. 33-51). IV. *Horace, Cinna, Polyeucte* (pp. 52-84). V. «Je n'en suis pas moins Pierre Corneille» (pp. 85-100). VI. *La Mort de Pompée, Le Menteur, La suite du Menteur* (pp. 101-111). VII. *La trilogie des monstres* (pp. 112-126). VIII. *Au temps de la Fronde* (pp. 127-141). IX. *La retraite et le retour au théâtre* (pp. 142-159). X. *La tragédie matrimoniale et politique d'Othon à Suréna* (pp. 160-191). XI. *Les années vides* (192-196). XII. *Connaissance de Corneille* (197-216).

Brevissima praefatio (p. 5) de re antequam libro, quem idonea eaque recentissima bibliographia consequitur (pp. 217-222). Facilis quidem lectu corpus, quod collectionem «Connais-
sance des Lettres» procul dubio honestat.

A. MARQUÉS, C. M. F.

JUNQUERA, SATURNINO, S. J. — *Esquemas y Ejemplos, t. I Verdades eternas* 660 pag. Editorial Sal Terrae, Santander, 1958.

P. Saturninus Junquera, missionarius apostolicus e Societate Jesu, diutinae animarum curae quasi fructum sacerdotibus et missionariis offert; liber enim quem critico judicio recensemus, adumbrationes et exemplorum copiam continet de illis veritatibus aeternis quae fidelibus in sacris contionibus missionum et exercitiorum spiritualium proponuntur et explicantur.

En totius libri compendium et index. I. - Salutatio ad fideles. II. - Introductio seu animorum praeparatio. III. - De principio et fine hominis. IV. - De servanda anima. V. - De peccato. VI. - De inferorum suppliciis. VII. - De morte. VIII. - De iudicio. IX. - De prompta ad Deum conversione. X. - De passione Jesu Christi. XI. - De misericordia divina. XII. - De superiorum beatitudine. XIII. - De fidelibus vale dicendo sacra missione peracta. XIV. - Doctrina christiana exemplorum ope adumbrata. Index catecheticus et generalis.

Cuique capiti praebet quoddam canticum spirituale («saeta») cujus sensibus et motibus audientium animi excitentur et permoveantur ad bene percipiendas res a concionatore propositas; quae cantica eisdem numeris sunt exarata quo facilius eidem modulationi aptari possint.

Materies seu objectum orationis sacrae explicatur et evolvitur juxta normam logicam, lucidam, facilem intellectu, simplicique populi menti semper accommodatam. Demum longinqua serie exemplorum caput quodque coronatur, quibus sacer praeco ad illustrandas et confirmandas res et veritates aeternas pro lubito utatur. Exempla sunt excerpta ex scriptoribus maximae notae ut Castegnaro, Courat, Dianda, Duplessy, d'Hauterive, Henry, Saint-Jure, Sarabia, Schmid, Schouppe, Siniscalchi, Spirago, Weniger, Wolper, cet.

Quod opus et sacerdotibus et praesertim missionariis magno erit commodo et emolumento in sacris contionibus et in cura animarum.

M. MOLINA, C. M. F.

CATAUDELLA, QUINTINO. — *La Novella Greca*, prolegomeni e testi in traduzioni originali. Edizioni scientifiche italiane. Napoli.

Tertium hoc est volumen in corpore illo «Collana di Antologie» a clarissimo viro Joanne Macchia moderato. Lucubratio vero, ut ipse clarus scriptor declarat, haud omnino dissimilis atque illa «Hausrath et Marx, Griechische Maecen... aus dem klassischen Altertum; ausgewaehlt und uebertrage von Aug. A. und Aug. M., Jena, 1913, pp XXII - 362.

Mens quidem eadem: eadem autem, quod ex mera libri inscriptione patefit, non est exsecutio.

Duplicem in partem, hinc «theoricam» inde «practicam», totus liber dispertitur: prolegomena nempe (pp. 7-12) et textus interpretatos (pp. 173-398). Illic de natura ac rationibus fabellarum scite, lepide amplioreque modo; hic de narratiunculis praecipuis auctorum graecorum in italiam linguam conversis. Liber nitidae impressionis, et lectu facillimus, cultoribus rerum graecarum, immo vero etiam humaniorum litterarum, magno opere, id quod facimus, commendandun.

P. PHILOPONUS, C. M. F.

UGO ENRICO PAOLI. — *Il latino maccheronico*. Firenze, Felice Le Monnier, 1959.

Hoc singulari libro H. Henricus Paoli genus illud dicendi perridiculum, quod «lati-

num macaronicum» audit, studiose, acute, persciter investigat et, quo est clarus vir ornatus acri ingenio, hujus linguae notitiam aperit eamque explanat et multis exemplis suaque interpretatione illustrat. «Macaronicus» vero sermo, ut ex ipsa voce eruitur, stultorum erat proprius; quanquam Folengus atque, qui eum secuti sunt, ad quandam artis speciem et quasi per jocos novam condiderunt linguam ex latina et vernacula enatam: quo horrida et ridicula orta est illa loquendi latine ratio.

Jam vero lucubrationes clarissimi viri H. H. Paoli de «Latino maccheronico», in unum volumen hic connectuntur, quibus adduntur quattuor Appendices de technica arte Folengi atque poetarum macaronicorum. En tibi ipstus libri ratio:

I. *Caratteri essenziali del latino maccheronico* (pp. 1-18). II. *Linguaggi ibridi. Latino ibrido e latino maccheronico* (pp. 19-38). III. *Caratteri propri del latino maccheronico* (pp. 39-52). IV. *Maccheroneo italiano e maccheroneo di Olttralpe* (pp. 53-75). V. *Neoformazioni, maccheronismi morfologici e maccheronismi di locuzione nel folenghiano* (pp. 58-67). VI. *Struttura lessicale del lessico folenghiano* (pp. 68-75). VII. *Il folenghiano deterioro* (pp. 76-78). VIII. *Varietà di toni del lessico folenghiano* (pp. 79-86). IX. *La norme metriche e prosodiche del folenghiano* (pp. 87-91). X. *Progressivo sviluppo del maccheroneo* (pp. 92-94). XI. *Il maccheroneo, prodotto dell'umanesimo* (pp. 95-101). XII. *I Prefolenghiani* (pp. 102-104). XIII. *Dei Prefolenghiani al Folengo* (pp. 105-114). XIV. *Le «Maccheronee» minori del Folengo: la «Moscheide», la «Zanitonella»* (pp. 115-119). XV. *Il Baldus* (pp. 120-134).

Consequitur Nota Bibliographica (pp. 135-136) atque Appendices: I. *Il latino dei Prefolenghiani e del Folengo* (pp. 137-173). II. *Proso-dia e metrica folenghiana* (pp. 174-199). III. *Criteri da adottare in una edizione del Folengo* (pp. 200-234). IV. *Criteri da adottare in una edizione dei poeti prefolenghiani* (pp. 235-256).

Est sane quod praeclarissimo poetae gratiam maximam habeamus quod in aptam posuerit lucem rem haud parvi momenti et utilitatis his qui linguam latinam toto evolutionis tempore apprime callere student.

PHILOPONUS, C. M. F.



SCHOLARES LINGUAE LATINAE COMMENTARIII

Scripta mittantur ad Moderatorem: Conde, 2, BARBASTRO (Huesca)

Pretium ad ADMINISTRATOREM: Lauría. 5. Ap. 1042 - BARCELONA

Pretium in Hispania: 15 pesetarum

Extra Hispaniam: 20 pesetarum

ANN. V - (FASC. III) - N. 19

M. SEPTEMBRI

A. MCMLIX

CULINA ROMANA



T. Flavius, Auli pater, convivium apparavit, idque lautum. Ejus domus perampla est; juxta atrium est culina. Adspice inter ignes cocos concursantes et cenam sedulo parantes, ex quibus bajulus¹ situlam² aquae unæ bajulat e puteo haustae; dulciarius³ massam farinae subigere⁴ videtur ad placentas⁵, liba⁶, crustula⁷ conficienda; in patella⁸ sunt ova agitata⁹ et in ampulla mel aut lac, quibus dulcia¹⁰ palato exquisitissima fient; dulciarius massam subactam in partes decerpet easque pala¹¹ in furnum immittet ut coquantur.

Coctor¹² ad focum stat et ignem

perpetuo confovet; ligna, assulas¹³, sarmenta¹⁴, ramenta¹⁵ admovet ne ignis intermoriatur¹⁶, et, si opus est, buccis¹⁷, flabello¹⁸, folle¹⁹ sufflat, ut luculentior ignis excitetur.

Sartaginem²⁰ sustentaculo²¹ aut tripodi²² imposuit eamque uncino²³ ad parietem applicat; cum vero oleum efferbuerit, carnem bubulam, vitulinam, porcinam ingeret.

1, bajulus, l: transportador. — 2, situla, ae: cubo. — 3, dulciarius, ll: confitero. — 4, subigere massam: amasar. — 5, placentia, ae: torta. — 6, libum, l: pastel. — 7, crustulum, l: pastelillo, rosquilla. — 8, patella, ae: tartera. — 9, ova agitata: huevos batidos. — 10, dulcia, um golosinas. — 11, pala, ae: pala. — 12, coctor, oris: cocinero. — 13, assula, ae: astilla. — 14, sarmentum, l: sarmiento. — 15, ramentum, l: viruta, desperdicio. — 16, intermoriatur, extinguirse. — 17, sufflare buccis: soplar. — 18, flabellum, l: soplillo. — 19, follis, is: fuelle. — 20, sartago, inis: sartén. — 21 sustentaculum, l: sostén. — 22, tripus, odis: trípode, trébede. — 23, uncinus, l: gancho.

VERA ET FORMIDOLOSA¹ RES

Heimannus Missionarius tramine² rapido revehitur ex urbe Singapore ad domicilium suum, in velustissima situm silva. Ut vespertinus ardor aëris pauxillum refrigeraretur, fenestrae omnes erant apertae et satis teniter hamaxostichus³ entebatur⁴ ardua curvamina⁵ viae ducentis ad montium angustias⁶.

Repente machina motrix⁷ stridenti edito sibilo⁸ consistit⁹.

Dux traminis¹⁰ ad fenestram prosilit adhuc conspicans ductorem machinae¹¹ et calefactorem¹² de machina desilientes et per praerupta¹³ petentes saxum.

—Heu, vos! Ecquid fit? inclamat tramentarius¹⁴ fugientes.

Hi subsistunt et manus tendentes versus tramen et terrore pallidi:

—Tigris, inquiunt, subsiluit¹⁵ in tramen, in secundum, ut videtur, currum. Actutum¹⁶ desilite omnes, comedet ad unum omnes.

Interea etiam qui vectores¹⁷ sedebant in posterioribus curribus re insolita exciti undique per suppedanea¹⁸ egressi dicere jubent, ecquid acciderit.

Curator tramentarius¹⁹ progressus percontatur curnam restiterit tramen.

Ductor²⁰ contra: Tu cito jube vectores exire e curru secundo. Tigris in illum per apertam fenestram insiluit.

Curator¹⁹ arridens: In secundum currum? inquit. Fortunatos nos! Nemo vector sedet in eo curru.

Et sic per scamnum firmat²¹ ostium dans viam in curru secundo, in quo tigris erat.

—Continuemus jam iter, inquit, tigris in apertum²² exiliet.

Itaque ductor machinae¹¹ ascendit,

ascendunt vectores, non adeo multi, sed perterriti omnes. Tum vero uxor ductoris tramentarii ejulat:

—Desunt, heu, filii mei, quo dicam currisse filios!

Re enim vera deerant cum filiola annorum sex novennis puer, qui paulo ante lascivierant²³ per currûs foros²⁴. Anne ad eos tigrim...!

Matris anxiiis vocibus ex oculo secundo curru, in quo esse dicebatur tigris, non minus anxia vox respondet:

—Mamma, magna hic nobiscum in foro bestia est; horror est.

Tum mater currere ad ostium currûs vellendoque clamare:

—Aperite, aperite.

Nequedum procedere coeperat tramen. Hic Heimannus sacerdos egressus suo curru quaerit tramentarium curatorem, ut recludat²⁶ ostium. Qui tamen clavem fortiter applicans suo corpori:

—Quid es acturus? inquit, tigris, simul in foro posueris pedem, in te irruet. Plane nefas est nunc recludere ostium.

Dum curator ejulanti matri persuadet, unus ex vectoribus cum sclopeto²⁷ se sistit et:

—Aperi, inclamat, ego trajiciam bestiam.

Ille manu acriter abnuens.

—Si tu incerto ictu lacessiveris²⁸, tigris injecta rabie miseros infantes dilacerabit. Veniant potius ad fenestram; inde desiliant!

Et mater blandissimis vocibus infantes invitat, qui tamen in angulo se occultaverunt neque audebant ad fenestram procedere. Et adhuc immotum stabat tramen. Vectores, expertes consilii²⁹,

1 horrible, espantoso; 2 tren; 3 tren; 4 subía; 5 subidas en curva; 6 pasos estrechos; 7 locomotora; 8 habiendo silbado estrepitosamente; 9 se paró; 10 jefe de tren; 11 maquinista; 12 fogonero; 13 lugares escarpados; 14 interventor; 15 ha saltado, entrado; 16 al instante, inmediatamente; 17 viajeros; 18 bancos; 19 interventor; 20 maquinista; 21 cierra; 22 al descubierto, al aire libre; 23 jugar, 24 pasillos; 25 cerrado; 26 abrir; 27 escopeta, fusil; 28 atacar; 29 sin saber que hacer;

varia loqui. Tum Missionarius consolans:
—Raro, inquit, tigres nocent infanti-
bus, nisi forte magna impulsi fame.

Hic quidam: dictum commodissime³⁰,
demus tigris pabula!

Hac voce pabuli commoventur uni-
versi. Feruntur assae gallinae, coctae
anates, dimidius vervex³¹.

Per fenestram jactantur omnia, juxta
quam fremebat tigris, et, qui ausculta-
bant, audiebant bestiam acri crepitu³²
vorare cibaria.

Hic infantes, jam taciturniores facti,
rupto silentio: Mamma, ajunt, etiam nos
esurimus.

Tum ductor traminis, infelicium pa-
ter, raptim incidit³³ duas conditi cibi
pyxidas³⁴, quas mater per fenestram
jaciens:

—Edite, inquit, filioli mei.

Puella, puero fidentior, gemebunda
nuntiat devorasse omnia tigrim, quem
sic patet propinquissimum fuisse infan-
tibus.

—Silete vos, et quiescite, desperans
hortatur mater, ne irritaveritis tigrim, sa-
tur abibit.

—Non enim abit, susurrat puella,
etiamnunc esurit.

—Etiamnunc? Vectores —fere vi-
ginti fere— quidquid habebant esculen-
ti³⁵ dederunt, neque finem fecit vorandi
tigris.

Tramen interea totam fere horam
steterat et facta nox erat. Tum ductori
subit tigridem fortasse malle de movente
tramine³⁶ desilire.

—Nitamur, inquit, pervenire ad lo-
cum stationis proxima!

Ergo tramen per opaca noctis et sil-

*Narravit FRANCISCUS BRAUMANN
in Folio Dioecesis Ratisbonensis.*

varum provehitur et nullus tigris exsilit,
deficiente³⁷ interim sollicita matre. Com-
plurium spatio horarum ad stationem
perventum est. Milites, stationis custodes,
bene armati ascendunt ad utrumque ti-
grini currus latus. Admovent aures. Nulla
vox infantum, nullus tigridis fremitus.
Gradatim proceditur, cum primus militum
sublata manu dat signum. Et illucescente
primulo diluculo³⁸ conspiciunt tigrim in
lato sedili cubantem et infantes illi arte
applicatos³⁹ et ex lassitudine dormien-
tes. Communis timor infantes beluae soci-
ciaverat.



Et tigris quidem firmo reti metallico
captus est. Erat juvenca bestia, destinata
postea vivario⁴⁰ Singaporensi. Infantes
nihil omnino experti mali erant. Heiman-
nus, Missionarius, ex eo tempore con-
junctus mansit familiae ductoris tramen-
tarii; infantes frequentare coeperunt
scholam missionis, et abhinc biennio, et
parentes et liberi amplexi fidem Christi
sunt.

Interpretatus est AVENARIUS.

30 idea feliz; 31 carnero; 32 haciendo ruido; 33 rompe, abre; 34 dos latas de comida en conserva;
35 toda la comida que tenían; 36 al correr el tren; 37 desfallecer; 38 a primera luz de la mañana;
39 puestos al lado; 40 parque zoológico.

Quo tempore christiani vi persecutionum vexabantur, puer quidam, Tharsicius nomine, eximium praebuit virtutis exemplum.

Romae, in capite Imperii, natus honestis parentibus, vix duodecimum attigerat annum, cum fideles aliquot ad bestias damnati. Sanctissimam Eucharistiam accipere voluerunt prius quam ad mortem ducerentur; eamque Tharsicius ad carcerem ferre non dubitavit, quo fideles, Sacramenti gratia muniti, fortius certamina fidei sustinerent.

In Coemeterio christianorum, ad altare, sacerdos caelestem Theaurum commisit Tharsicio; qui decussans ante pectus manus, taeterrimum adiit carcerem.


Tharsicium Tiburtinam trans-euntem, matrona quaedam christiana, Caecilia nomine, vocavit sicque affata:

—Quo vadis, mi puer?

—Ad Mamertinum fratres vi-surus.

—Eos audivi ad bestias dam-natos et cras omnes morituros.

—Cras... vivent; cras, domina, cum Tharsicio vivent.



Tantummodo, mater, manuballista usi, ludimus.

P. CODINACHS

!Tu Themistocles non es!

Iter faciens Themistocles, comite puero, torquem aureum humi jacentem vidit, sed praeteriit.

Quem cum puer sibi tollere vellet neque id facere auderet quia Themistocles praesens aderat, subridens: — «Tolle, puer, tolle, inquit; nam tu non es Themistocles».

MICHAEL RABERT

DEAMBULATIO URBEM TAFALLAM VERSUS

Birotariorum procurstationem Tafallae fieri sciebamus. A superioribus eundi facultate impetrata, eodem die laetitia exultantes necessaria paravimus.

Postero die cito surreximus et audito Sacro cum Fratribus Scholasticis laeti domo exivimus.

Intrantes in urbem Tafallam, nonnullorum puerorum parentes invenimus, quibuscum propagatoris autocinetorum turbam vidimus; haec quidem visu pulcherrima erat: alterum autocinetum birotae historiam ob oculos ponebat; alterum birotarium electricum, cet. In unoquoque vir erat qui imagines photographicas exprimebat.

Concursatio maxima erat, quare loricae positae erant ut multitudo birotaritis transeundi facultatem daret, qui velociter viam stratam decurrebant. Omnes magnopere delectati sumus.

Procurstatione inspecta, multitudo recedere coepit, nos autem, cum aliquid temporis gradum fecissemus, foras ad emenda quae ederemus exivimus. Hora sexta ex urbe Tafalla exivimus, domumque duas post horas pervenimus.

Artaxone, in Collegio SS. Cordium.

JOSEPH I. DOMEZAIN

Puer, matronae vale dicto, denuo ad carcerem contendit. Per mediam urbem autem incedentem aequales, in compito colludentes, conspicati sunt, qui cum frustra ad jocos invitavissent nec ille sistere vellet, simul eum adorti, qua de causa festinaret et quid adeo caute ferret, sunt percontati.

Tharsicius autem silebat et viam citius pergere enitebatur. Subito unus e pueris clamat:

—Christianus est et in pectore Deum christianorum celat.

His auditis, omnes simul conclamant, impetum faciunt, lapidibus puerum obruunt, qui, cruore oppletus, semianimis humi procumbit. Nec defuerunt qui pervestigare tentarent quid in pectore ferret. At Tharsicii brachia sic pectori adhaerebant ut nulla vi possent disjungi.

Puerum jam jam animam redditurum aliquot gentiles in Tiberim projicere voluerunt, at tunc visus est praetorianus miles, Quadratus nomine, qui puerum accipiens ad Caeciliam asportavit.

Matrona in aurea pelvi pretiosum adhuc e vulneribus profluentem sanguinem excepit. Postea Martyris brachia disjungens et accipiens pannum quo Christi Corpus tegebatur, tradidit Quadrato dicens:

—Accipe, fili mi, accipe magnum Mysterium et ad Martyrum Coemeterium affer et nuntia Pontifici, Tharsicium prius mortuum quam gentilibus sacra traderet».

Postridie puerorum turba concinnebat:

«Tharsicius a Christo coronatus in caelo ovat. Noluit gentilibus divinum tradere Thesaurum et Christus majore thesauro eum donavit».

J. ANDRÉS MARQUÉS.

IIIⁱ Cursus alumnus

Alabonae.

DE POMONIO

Pomponius Marcellus, peritus grammaticus et attentissimus sermonis latini exactor verbum novum in quadam Tiberii imperatoris oratione notaverat.

Artejus Capito, juris consultus ad adulationem pronissimus eum redarguere conabatur:

—Hoc verbum latinum est; si heri non fuit, hodie jure est, quoniam tu Imperator eo uti potes.

Sed Marcellus:

—Capito, ait Imperatori, mentitur; quia tu, quamvis sis Imperator, non eandem potestatem in verba quam in homines habes; tu jus civitatis hominibus non verbis dare potes.

Quare Imperator, ex monitis, plurimam Pomponio Marcello gratiam rettulit.

PER TELEPHONIUM

SCHOLASTICUS ET VENDITOR

— *Porcine caput habes?*

— *Utique, domine.*

— *Aprine pedes habes?*

— *Ita, domine.*

— *Vaccaene jecora habes?*

— *Ita est, domine.*

— *Haedine cerebra habes?*

— *Sane, domine.*

— *Dic mihi, igitur, quid cupias.*

— *Dico te raram esse avem in terris.*

J. ANTON

Barbastris.

L. JUNIUS



L. Junius Brutus juravit se, quicumque vi posset, Tarquinium Superbum regem expulsurum, neque alium quemquam regnare Romae passurum. Quod feliciter gessit et ipse primus cum L. Tarquinio Collatino consul factus est. Bini deinceps consules quotannis Romae creabantur.

Tamen cito libertas in periculo versabatur. Erant enim in romana juventute adolescentes aliquot ad sueti more regio vivere qui inter se conquerebantur libertatem aliorum in suam vertisse servitatem.

Ita jam sua sponte, legati a rege Tarquinio superveniunt, hujus bona repetentes. Dum senatus de petitione consultationem tenet, legati nobilium adolescentium animos pertentant; et de accipiendis clam nocte regibus colloquuntur. Adolescentes Titus et Tiberius, filii Bruti Consulis, in societatem conjuratorum assumpti sunt.

Cum, pridie quam legati ad Tarquinium proficiscerentur, forte cenatum esset apud Vitellios, conjurati-que ibi multa inter se de novo consilio egissent, sermonem eorum unus ex servis excepit. Qui, postquam sensit litteras legatis datas esse, rem ad consules detulit.


SUPERBUS

Consules, inventis litteris, profecti domo ad deprehendendos legatos conjuratosque, sine tumultu rem omnem oppresserunt. In primis curam litterarum habuerunt ne interciderent. Proditoribus extemplo in vincula coniectis, de legatis paululum dubitatum est, et quamquam visi sunt commisisse ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit, et liberi missi sunt.

De bonis regis iterum deliberatum est, et patres ira victi vetuerunt bona reddi aut in aerarium redigi. Diripienda vero plebi sunt data ut, spem pacis cum regibus in perpetuum amitteret.

Proditores vero damnati sunt. Stabant deligati ad palum nobilissimi juvenes: sed filii Consulis omnium in se converterant oculos, miserebatque homines non poenae magis quam sceleris. Consules in sedem processere suam, inter omne tempus pater vultusque et os ejus spectaculo erant; et dicitur animus patrius inter publicae poenae ministerium emuisse.

Post poenam nocentium, ut in utramque partem exemplum nobile esset arcendis sceleribus, praemium delatori seu indici pecunia ex aerario dederunt, et libertatem et civitatem.



MISCENTES UTILE DULCI

Cuidam juveni, cum uxorem duxisset, ipso nuptiarum die, subito flavum mors bovem eripuit. Cum maereret tanto de exitio et fleret, ejus conjux:

—Curam, inquit, animo depone. Quid bove opus est domi cum habeam te?

MODESTUS FERNANDEZ



— *Affersne armai*
— *Velis domum comitari? via enim maxime solitaria.*

Augustus olim, victor Romam petebat. Opifex quidam accessit, corvum ferens quem haec proferre docuerat:

— «Ave, Caesar, victor, imperator».

Augustus rem miratus, emit viginti milibus nummorum.

Opifici autem erat socius qui, cum nihil accepisset, se Augusto dixit alium corvum habere.

Allatus corvus verba haec dixit:

— «Ave, Antoni, victor, imperator».

Augustus vero, nihil de re iratus, illi qui corvos docuerat, mercedem acceptam dividi et corvum emi jussit.

— *Cur ad meam epistulam non respondisti?*

— *Quia eam nondum accepi.*

— *Epistulam meam non accepisti?*

— *Non accepi; et... praeterea ex tuis verbis aliqua mihi non placuerunt.*

A. JOVER.

INAUDITUM PONDUS

Caesar cum pacem pepigisset atque ad alloquendum hostem adiret, subito a Germanis aggressus est. Ille discessit et comitatu interdixit ne telum ullum injicerent. Noluit enim, ut hostes fecerunt, fidem datam fallere.

E. AYALA

Alabonae.

— *Viginti solve pesetas quod injussu meo piscaris.*

— *Ignosce mihi, quaeso, vermiculum luebam...*

— *Viginti ergo mihi solve pesetas quod eum sine subligaculo natatorio in flumine lavas.*

A. PÉREZ

Assiduo illisu durum cavat undula saxum.

πέτρην κοιλαινει ῥανίς ὕδατος ἐνδελείη.

(gutta cavat lapidem non vi, sed saepe cadendo)

— *Quod est tempus aptius ad poma colligenda?*

— *Cum agricolae jam domum redierunt.*

PATER. — Crede mihi, fili mi, si verbero te dolor meus major est quam tuus.

FILIUS. — Tunc melius fortasse erit si ego te verberabo, tum enim ego vehementiorem dolorem experiar.

ITER AD MARE

Mare in aliis multis rebus, maximum miraculum a Deo creatum est. Mare non solum nobis caeruleas aquas, ut transportet merces hinc inde per oceanum, praebet; sed etiam pisces, quibus vescamur, producit.

Quoniam ego nunquam in mari fueram, a patre meo poposci ut me secum duceret et vacationes ad mare traderem.

Pater, quamquam in monte eas traducere malebat, ut voluntati meae obsequeretur, in mare me duxit.

Quantum gaudebam! Nihil aliud quam immensum aquarum aequor et navigia quae in portu erant videre volebam.

Hinc fecimus iter die sabbati in mare ut die dominico perveniremus et, ad illud duas hebdomadas in domo amittae, quae profecto prope mare habitat, traderemus.

Quod magis me delectavit fuit navigium submarinum dum sub aquas mergebatur.

Artaxone.

X. I. ZUASTI

MESSIS

Cum grata aestas pervenerat, agricolis quasi nova vita inceperat. Agricolae, qui hiemis et veris temporibus naturae rerum cursum anxii secuti erant, nunc laborum suorum fructus apparere vident.

Triticum, prius viridem herbam, spicis productis et maturis, nunc tantum demitti restat.

Messores, falcem messoriam et curru vectorium ferentes, multo mane incedunt ut, cum primi solis radii campos perfundant, in locum segetum perveniant, ad eas secundas.

Messores dum flavas stipulas, gravibus spicis granorum onustas, sectas in manipulis alligant, laetissime canunt.


Divites viri machina messoria spicas secant, tenuiores vero coloni falce messoria.

Manipuli in strues structi carru vectorio in aream feruntur, ubi machina trituratoria, separatis stipulis a spicis, deauratum frumentum fiunt.

M. ITURRIA.

Artaxone.

AENIGMA VERBALE



IN TRANSVERSUM: 1, Praepositio; Pro-

nomen; 2, Consonans, Nivalis, Abi; 3, Coniunctio, Itinera, Sed; 4, Adsum, Pronomen, Proficiscar; 5, Consuetudo, Adverbium; 6, Progredi, Tunc; 7, Humida, Coniunctio (*versis litteris*), Adsum; 8, Sed (*versis litteris*), Irrora, Pronomen; 9, Vade, Solvo, Vocalis; 10, Divinitati, Gentes germanicae.

IN PERPENDICULUM: 1, Animans radens, Ut; 2, Consonans, Turgida, Consonans; 3, Ecce, Cunctatio, Praefixum; 4, Homo (*versis litteris*), Pronomen, CrimInis accusatus (*dativo*); 5, Virtutem, Haud; 6, Ipsae, Sulcos telluri infindo; 7, Animans, Uti, Cantus (*versis litteris*); 8, Edis, Abitus, Vultus; 9, Interfectio, Discedimus, Vade; 10, Abito, Remeo.

Barbastris.

J. ANTON.

ERA ET IMPERATOR

Quondam cum Iosephus imperator in urbem pervenisset prius quam ejus comitatus, deversorii era ab eo quaesivit nonne e sociis imperatoris esset.

—Minime, respondit princeps.

Tam brevi, tamen, responso, curiositas mulieris non fuit contenta. Ita occasionem, ut in ejus cubiculum intraret, quaesivit; et videns illum in barba tondeuda occupatum, interrogavit haberetne aliquod apud imperatorem munus.

—Certo, respondit; interdum, ut nunc, eum tondeo.

Barbastris.

A. JOVER.

ABACUS VENEFICUS

1	2	3	4	■	5	6	7	8
9	10	11	■	12	13	14	15	■
16	17	18	■	19	■	20	21	22
23	24	25	26	27	28	■	29	30
31	32	33	34	35	36	■	37	38
39	■	40	41	42	43	■	44	45
46	■	47	48	49	50	51	52	53
■	54	55	56	57	58	59	60	■
61	62	63	64	■	65	66	67	68

Verba inveni his similia, syllabatim divide et in appositis numeris colloca; epigramma Martialis leges.

Solutio in presentia (*gen.*) 5 38 58 47 10

3 55 13 55 60 41 9 30 19 24 35 12

Poculum 35 52 31 43 34 29 14 46

Conscius 25 48 37 18 59 36

Mors 22 6 49 64 17 68 45 63

Sollertia (*dat.*) 62 2 65 23 42 21 11

Fructus (*acus.*) 20 5 44 66 40

Adject. cardin. 1 67 8 27 39 61 56 50 4


Vivite 32 15 51 28

Laede 54 7 16

Proficiscere 26

J. A. COSTA, C. M. F.
Philosophiae alumnus

PECTEN



- a) deus (*dat.*) c) Aegypti flumen (*dat.*)
b) cito d) campus

Pater. — *Nonne pudet te minus quam frater minor in studiis proficere?*

Filius. — *Pater, ille strabo est.*

Pater. — *Quid hoc?*

Filius. — *Ille simul vacat duabus pagellis.*

A. QUIJADA.

In oppidi oppugnatione ab Indis adversus Lusitanos, miles quidam ejusdem gentis, nomine Rodericus, cum doliolum pulveris sulphurei plenum (*barril lleno de pólvora*) cepisset, clamavit:

—*Cavete, in me mors mea et aliena est!*

Sratim in medium hostem cum igniario succenso (*mecha encendida*) irruit et ita tempestive ut, subito doliolum dirumpens, in sublime amplius indiorum centum jactum dispersit: viginti eodem loco combusti sunt.

Rodericus autem ille mirabile dictu—caedi obstitit et clarum se facere maximis pulcherrimisque factioribus perseveravit.

J. V.

—*Cubicularie! (camarero!) In hoc jure invent capillum.*

—*Affer!... In armario condam si forte quis illum sibi vindicet.*

Cervariae

A. TURÓN

Quidam garrulus qui multo in dicendo abundabat lepore, ascendens in vehiculum interrogavit vectorem quemdam:

—*Navisne Noe est jam plena?*

Quem vector aspiciens, respondit:

—*Ascende cito, asinus deest.*

Barbastris.

P. BORES

AD SALTUM ECULEI

QUI	TREM	ET	DA	MUM
VIT	EST	LE	SU	QUI
FRA	DI	CI	XI	GEM
MI	PLE	GIT	O	UM
LI	DIT	HO	IM	PRO

Pistor (suo nomine Boulanger), ductor exercitus, dictione pompatica notus, quondam ab uno ex coetu legatorum publicorum, homine vaferrimo, ad perorandum impeditus est.

Pistor infit: — «Francogalli».

Ille quidam intericit: — «Signum exclamationis!»

Pistor: — «Grandis nationis cives».

Ille: — «Alterum signum exclamationis!»

Pistor: — «Hoc ipso glorioso die».

Ille: — «Comma!»

Pistor: — «Quo ego».

Ille: — «Punctum et finis».

Quae Pistor dicturus erat praeterea, intercepta sunt legatorum cachinnis.

A. AVENARIUS.

SOLUTIONES

(Cfr. P. L., 1959, fasc. II, 126-128)

PECTEN:

1) Ater; b) bona; c) noxa; d) mens.

DEDICARE:

1 - 2: Dedi	2 - 4: Dire
2 - 1: Dide	3 - 4: Care
1 - 1: Dede	4 - 2: Redi
2 - 2 - 2: Dididi	3 - 1: Cade
2 - 3: Dica	2 - 3 - 4: Dicare
3 - 2: Dolti	1 - 1 4: Dedere

ABACUS VENEFICUS:

«Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi».

AD SALTUM ECULEI:

Futmus Troes; fuit Illium, et ingens gloria Teucrorum; feros omnia Juppiter Argos transultit (Vergilius)

MARIOLUS, LAUDE DONATUS

Feles, canis, gallus et cuculus Mariolum domum e schola revertentem et gloriantem de iudicio atque laude, quam a magistro rettulerat, sua quisque voce clamans, exceperunt.

—Baul Baul Baul Kikiriki! Miaul Miaul Cul Cul Cul

—A! Vobis male sit, malae bestiae! —inquit Mariolus—. Non mentiar hodie cum dixero me a magistro laudatum esse. Chartula mea melius quam vos cantat.

—Cul cul cul Miaul miaul miaul Baul baul kikiriki!

Interea pater supervenit.

—Salve, pater! —inquit puer—. Hodie magister me laudavit.

Contra pater:

—Mirum sane et insuetum narras! Tam repente doctus factus es?

—En pensum! «Optime» est iudicium.

—Latet anguis in herba! —mussitare coepit pater postquam legit—. Tunc ista scripsisti an alius quidam?

—Ego scripsi, pater! Aspera maria juro me ista scripsisse mea ipsius manu.

—Baul baul baul Kikiriki! Miaul miaul Cul cul

—Litterae quidem tuae sunt, non nego. Attamen... audin'? Ex quo Divus Petrus Dominum nosse negavit, gallus mendaces arguere consuevit. At jurasti, fili, aspera maria! An non credam filio meo aspera maria juranti? lol igitur, macte puer! dimidium animae meae, sanguis de sanguine meo. Donare tibi volo sescenta basia, corculum meum!

Messanae, PIUS PIAZZA, Ord. Carm.

—Audi, puer, interrogat bonus quidam.

Cur non is in scholam balborum?

—Qui... qui... qui... quia jam scio balbutire.

Cervariae

F. TERRICABRAS.

LATINE CANAMUS

IN TURRI PER AURAS

Pueri in tres choros distribuuntur et unusquisque chorus ad singulas litteras (A-B-C) ex ordine canere incipit

A



In tu- rri per au- ras cam- -pa- ne con- ci- - nunt et-



clingue lingue ling et clingue lingue long et clingue lingue ling so-

B



nant. In- -ter- dum gra- ci- - - li vox choro gra- vi- - or mis -



ce - - tur: Ding din ding din ding din don. Et va- llis cir -



cumsonat vo- cis i- ma- gi- - ne. dul- ci- - dul- ci- -



dul- ci- - - ter...

In turri per auras campanae concinunt
et clingue lingue ling
et clingue lingue long
et clingue lingue ling sonant.
Interdum gracilli

vox choro gravior miscetur:
Ding dín ding dín ding dín don.
Et vallis circumsonat
vocis imagine dulci... dulci... dulciter.

PENSUM

Cum divus Augustus apud Vedium Pollionem cenaret, unus ex servis ejus vas cristalinum fregit.

Vedius murens, quas multas piscina continebat, ne more vulgari periret, servum rapi atque objici jussit.

Juvenis ad Caesaris pedes confugit ut aliter sibi mori pateretur.

Novitate crudelitatis motus Imperator servum dimitti et coram se omnia cristallina frangi, et eis piscinam compleri jussit.

Hoc modo Augustus amicum punivit. Optime auctoritae sua usus est.

BIBLIOGRAPHIA

PAUL MAAS. — *Textkritik*. 3, verbesserte und vermehrte Auflage. B. G. Teubner Verlagsgesellschaft. Leipzig, 1957, pg. 34.

Qui illis disciplinis vacant quae in recensendis codicibus et inter se conferendis continentur ut primigenium exemplum, irreptis in manu scripta erroribus emendatis, restituant maximum adjuvmentum in hoc opusculo inveniunt quod jam tertium, emendatum et auctum editur. Prima editio anno 1927 prodiiit. Quae ergo his annis nova inventa sunt aut meliora facta, in hoc libello colliguntur. Hoc etiam commodum habet et utilitatem, quod exemplis illustrat quae praeceptis protulerit.

OLIVIER TURPIN. — *Méthode Latine*. Préface de Jean COLLART Premier Livre. Maisson d'Éditions Ad. Wesmael Charlier, 69, rue de fer, Namur, 1953.

Primum hujus novae linguae latinae tradendae rationis volumen lectoribus liceat proponere. Paucis quae hujus libri sint propria dicere conabor: Verba ediscenda 10 fere singulis lectionibus proponuntur, quae verba apte selecta sunt prout usu veniunt apud latinitatis scriptores. Quae qui edidicerit, Caesarem legere poterit cum scholam, quam Galli «Quatrième» dicunt, attigerit. Grammaticae leges ita explicantur ut praecipuae saltem quam primum memoriae mandentur congruisque exercitationibus alumnorum animis figantur. In hoc primo volumine maxime commendatur novorum verborum acquisitio; grammaticae exceptiones raro tantum obiterque recensentur, quae vero necessariae omnino non sint, in reliquis reservantur libros. Regulae autem simplicissimis verbis describuntur. Quam facile ac lucide auctor regulam ad «parisyllaba» ab imparisyllabis discernenda exponit! Exercitationes pauciores afferuntur ne nimio pagellarum pondere oneretur liber. Res tamen dolenda sane!

Lectiones exercitationesque in 28 hebdomadas distribuuntur, additis notulis mythologicis historicisque et rerum traditarum recognitione. Singulae paginae peno quotidiano respondent, ita ut in una eademque pagina puer quae sibi in diem sint necessaria inve-

niat. Legenda quoque proponuntur a lectione XXIV Epitomes Historiae Graecae selecta fragmenta Praeterea pagellae pulchris delineationibus illustrantur. Ubique nitidus ordo splendet quae haud minima est hujus novi libri laus.

PAPINI ESTACI: SILVES. Vol. II (Llibres II III). Text revisat i traducció de Guillem COLOM i Miquel DOLÇ. Fundació Bernat Metge, Barcelona. 1958.

Gulielmus COLOM et Michaël DOLÇ, inter nostrates maxime cogniti, foras emisserunt hoc alterum volumen Papini Statii Silvarum. Nihil its addam quae in PAL. LATINA XXIX (1959) in operculis, scripsi, cum vel in eodem libri titulo quid eo contineatur sufficienter proponatur, in eoque eadem virtutes serventur quas in primo emicare dixi.

WILLIAM SHAKESPEARE. — *Romeo i Julieta*. *Otello*. *Macbeth*. Traducció i prefaci per Josep M.^a de Sagarra. Editorial Alpha, Barcelona, 1959.

Tantum poëtae poëtas convertere in sermonem patrium et possunt et debent. Josephus M.^a de Sagarra, qui et maximus poëta est et dramaturgus (quis *La ferida lluminosa*, plus quam centies in tabulis actam, fabulam apud nostrates non novit?) clarissimi Dramaturgi opera in vernaculam linguam convertit. Quod quidem fecit metro includens quae anglice metricae prosa oratione quae soluta oratione Shakespeare scripsit. Nescio quo modo *Romeo et Julieta* aut *Otello* aut *Macbeth* anglice loquantur: id tamen asserere audeam eos minime pudendum si animorum sensus suos terete hoc Sagarrae sermone proferre deberent, quippe qui primigenio sermone dignissimus sit.

Omni plausu excipiendi praeclari hi viri qui patrium sermonem ditant non modo operibus sibi propriis aereque perennioribus, sed etiam aliarum gentium praecipuis aeternisque operibus.

Hoc volumen complectitur *Romeo i Julieta*, *Otello*, *Macbeth*. In alto volumine idem Sagarra ejusdem Shakespeare tragoedias romanas (*Coriolà*, *Juli Cèsar*, *Antoni i Cleòpatra*) inclusit. Quae si legeris, optima optime expressa te legisse arbitrare.

PLATO. — *Diálogos. Menó - Alcibiades*. Text revisat i traducció de Jaume OLIVES CANALS. Fundació Bernat Metge. Barcelona, 1956.

Jucundissimos hos Platónis dialogos legere licet eis que delectari hac nova editione et graeca et catalaunica, quam a JOANNE CREXELLS inceptam J. OLIVES haud minore auctoritate continuandam suscepit. Hos dialogos legi perlegique et in textu primigenio et in conversione, quae quidem plane exemplari aequatur. Nam quam maxime totam primigenii exempli vim reddere conatur quamvis «umbra umbrae» sit omnis interpretatio... In Alcibiadis interpretatione hunc tantum naevum notavi non reddi in 105 e verba *πλήν ἐμοῦ* quibus verbis Socrates ait neminem Alcibiadi, quod vult, dare posse praeter unum se; quae verba necessario interpretanda ut tota vis ac sensus reddatur. Auctori gratulamur dum id spectamus ut quam primum et alios dialogos legendos commodet. — JACOBUS SIDERA, C. M. F.

PERNOT, MARCEL. — *Le Latin au B. E. P. C. Versions et Thèmes*. Librairie A. Hatier, Paris.

Commodus fere centum pagellarum libellus, conversionum et thematum latinorum et gallicorum, a praeclaro Professore Marcello Pernot rite discipulis litterarum aptatus.

Textus quidem selecti ex optimatibus scriptoribus latinis, itque nostris alumnis perquam opportuni, cum ex sententiis ibi agitatiss, tum eventis atque rebus ibidem enarratis et depictis. Unamquamque vero conversionem consequitur breviusculum imitationis thema.

Admiriculum, procul dubio, satis idoneum ad latinitatem penitus callendam hic libellus, junioribus prae primis, quod et facimus, commendandum.

A. MARQUÉS, C. M. F.

Diccionario Enciclopédico Compendiado

VOX

Tria volumina 1300 paginarum, excusa:

charta majore (26 x 17'5 cm.)
pulcris typis et charta quae PRINTING dicitur
linteo contexta et corio in tergo

Volumina decorantur:

3200 imaginibus impressis
300 picturis adumbratis quae ad Physica, ad Artes spectant
50 figuris nigro colore depictis
23 figuris versicoloribus
25 chartis geographicis

In hoc praestantissimo Lexico Encyclopaedico VOX facillime invenies subtiles de rebus nostrae aetatis notitias quae ad Geographiam, Artes, Historiam, Rationem Technicam, Ludos, Mores, Institutiones pertinent.